



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae  
Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica  
aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè  
Lutherana[m], Li-||bri nouem.||**

**Slotan, Johann**

**Coloniae, 1560**

**VD16 S 6745**

Liber Secvndvs

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29875**

IOANN. SLO. GEF.  
LIBER SECVNDVS  
CAPVT PRIMVM.

**E**cclēsia  
catholica  
in quo cō  
stat,



**E**cclēsia Catholica confi-  
stit in vinculo vnionis &  
pacis, recto vsu sacramen-  
torum, doctrina sana & a-  
postolica per spiritū san-  
ctum viua traditione, quā ipsa per suc-  
cessionis seriem Episcoporum & patrū,  
ab Apostolis, Apostoli à Christo, Chri-  
stus à Deo accepit, Præcipua iā comme-  
morata sunt, in quibus Ecclēsia Catholi-  
ca & Apostolica cōsistit, & quibus qua-  
si notis & indicijs quibusdam dinosci  
queat & debeat, videlicet vinculū vnio-  
nis & pacis, rectus vsus sacramētorum,  
doctrina sana, apostolica traditio, quam  
ipsa per successionis seriē ab apostolis,  
apostoli à Christo, & Christus à Deo ac-  
cepit. Nam illa Ecclesia est ab apostolis  
fundata, cuius fides & cathedra seu do-  
ctrina, & potestas ecclesiastica, id est,  
vis seu potestas dimittendi & retinēdi  
peccata, ligandi atque soluēd, baptizan-  
di & docendi, nec non interpretandi  
scripturas,

DE RETI. FIDE ORT. 18

scripturas, deriuatur à Christo in Apo-  
stolos, quibus sensum aperuit vt intelli-  
gerent scripturas, & ab illis per traducē  
succedentium Ecclesiarū & Episcopo-  
rum, vsque ad præsens tēpus durat. Hæ-  
retici nostri temporis, libēter audiunt  
Ecclesiā illic esse, vbi est fides & verbū  
Christi, libēter admittūt has esse notas  
Ecclesiæ, habere videlicet Christi do-  
ctrinā & hanc puram, sacramenta & re-  
ctum eorum vsum, sed reliquas audire  
contemnūt. Et quanquam hæ notæ Ec-  
clesiæ sint propriæ, non tamē sunt adeo  
claræ & sufficiētes ad veram Ecclesiam  
demonstrandam, vt per eas possit vera  
Ecclesia, ab adulterinis conuētibus hæ-  
reticorum (quæ has notas sibi tribuūt)  
secerni. Nam omnes omnium ætatū hæ-  
retici (qui vnitatē fidei nec inter se ser-  
uant) has notas sibi tribuerūt. Ad verā  
itaq; per totum mundum dispersam, A-  
postolicam & Catholicam seu vniuersa-  
lem Ecclesiam, visibilem, manifestam,  
non spiritualem vel mathematicam, ex  
prædestinatis aut charitate præditis tan-  
tum adunatam, sed ex malis & bonis,  
D a dum

IOANN. SLOT. GEF.

dum in hoc mundo versatur, coaptatā, ad talem, inquam, Ecclesiam demonstrandam, notæ (quas assignant hæretici) non sufficiunt, sed oportet adesse reliquas iam à nobis datas.

CAPVT II.

Doctrina  
tradita  
pe successi  
onisteri-  
em Episco  
porum &  
patrum, a  
pud quos  
centenda  
sit esse.

**P**orrò quoniam de reliquis notis nihil curant aduersarij, eò quòd eas in secta sua ostendere nequeant, idcirco apud eos vera Ecclesia non est. Et licet conentur eas aut cerè quasdam ex eis sibi vindicare, non tamen id verè demonstrant, sed neque possunt: fingunt ergo potius eas, utpote cùm Episcopatus & Episcopos nescio quos nominant, sed re vera non sunt, quia ab apostolica cathedra minimè traxerunt originem, nec est apud eos catholica doctrina per successionis seriem Episcoporum & patrum. Patres autem doctrinam & fidem apostolorum, dicunt esse apud eos, qui custodiunt professionem omnium patrum, secundum suorum temporum successiones, in his quæ sunt fidei, ut auctor est Irenæus lib. 4. c. 43. & 63. Nam cap. 43. sic inquit. Eis qui  
in

DE RETI. FIDE ORTH. 19

in Ecclesia sunt presbyteris obaudire oportet, his qui successionem habent ab Apostolis, qui cum Episcopatus successione, charissima veritatis certum, secundum placitum patris acceperunt. Reliquos verò, qui abstant à principali successione, & quocunq; loco colliguntur, suspectos habere, vel quasi hereticos & malæ sententiæ, vel quasi scindentes & elatos & sibi placentes, aut rursus vt hypocritas, quæstus gratia & vanæ gloriæ hoc operantes. Omnes autem hi decidunt à veritate. Capite verò 63. sic habet: Agnitio vera est Apostolorum doctrina, & antiquus Ecclesiæ status, in vniuerso mundo, & caractere corporis Christi, secundum successiones Episcoporum, quibus illi eam quæ in vnoquoq; loco est Ecclesiam tradiderunt, quæ peruenit vsque ad nos custodita sine fictione, scripturarum traditione plenissima, neque ablationem recipiens lectio sine falsatione, & secundum scripturas expositio legitima & diligens, & sine periculo, & sine blasphemia, & præcipuum dilectionis mu-

IOANN. SLOT. GEF.

nus, quod est preciosius quam agnitio, gloriosius autem quam prophetia, omnibus autem reliquis charismatibus supereminens. Quibus verbis liquidò claret, non sufficere ad Ecclesiam constituendam sacramenta & verbum Dei vel sanam doctrinam, sed oportere eam esse traditam, per successionis seriem Episcoporum & patrum, qui eam acceperint ab Apostolis, Apostoli à Christo, & Christus à Deo. Quæ sunt verba Tertulliani in lib: de præscrip. hæret: Apostolos (inquit) domini habemus auctores, qui nec ipsi quicquam ex suo arbitrio, quod inducerent elegerunt, sed acceptam à Christo disciplinam, fideliter nationibus assignauerunt. Ibidem quoque dicit, nationibus obuenisse doctrinam per apostolos, & ipsis apostolis per spiritum sanctum. Et adhuc ait: Si hæc ita sunt, constat omnem doctrinam, quæ cum illis Ecclesijs apostolicis, matricibus & originalibus fidei conspiret, veritati deputandam, & sine dubio tenentes, quod Ecclesiæ ab apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo suscepit.

Reliquam

DE RETI. FIDE ORT. 20

Reliquam verò omnem doctrinam de mendacio præiudicandam, quæ sapiat cõtra veritatem Ecclesiarum & apostolorũ & Christi & Dei, Et adhuc amplius in eodẽ libro: Christus (inquit) duodecim precipuos lateri suo adlegarat, destinatos nationibus magistros & c, Hij in orbem profecti, eandem doctrinam eiusdem fidei, nationibus promulgauerunt, & proinde Ecclesias apud vnamquãq; ciuitatẽ condiderunt, quibus traducem fidei & semina doctrinæ cæteræ, exinde Ecclesiæ mutuatur sunt, & quotidie mutuatur vt Ecclesiæ fiant, ac per hoc & ipsæ apostolicæ deputabuntur, vt soboles apostolicarum Ecclesiarum, omne genus ad originem suã censatur & c. Et iterũ: Quid autem prædicauerint, id est, quid illis Christus reuelauerit, & hic præscribam, nõ aliter probari debere nisi per easdem Ecclesias, quas ipsi Apostoli condiderunt: ipsi eis prædicando, tam viua (quod aiunt) voce, quam per epistolas postea: Haftenus *Doctrina apostolica. 1* ille, Porro quũ de doctrina apostolica *ca. quæ cõfenda sũt* loquimur, omnem doctrinã apostolicã

D 4 intel-

IOANN. SLOT. GEF.

2. The 2  
Traditiones non  
scriptæ.  
1. Thim. 6

intelligimus, tam scripturis contentâ,  
quàm traditionibus sanctis commen-  
datam, ab Apostolis tenet Ecclesia, pro-  
ut Paulus iubet, dicens: State & tenete  
traditiones quas didicistis, siue per ser-  
monem siue per epistolam nostram. Et  
in epistola ad Timotheum, eundem mo-  
net, vt seruet mandatum sine macula,  
& irreprehensibile. Et non multò post:  
O Timothee, inquit, depositum custo-  
di, vitans prophanas vocum nouitates,  
& oppositiones falsi nominis scientiæ.  
Quod verbum Tertullianus in lib. de  
præscrip. hæret. de doctrina viua voce  
tradita intellexit, dicens: Traditiones  
per viuam vocem doctrinæ Ecclesiasti-  
cæ appellabat Apostolus depositum.  
Nec circumstantia verborum Aposto-  
li, hunc locum aliter intelligere sinit, si  
rectè perspexeris. Sed iterum in epist.  
ad Thessal. Rogamus, inquit, & obse-  
cramus vos in domino, vt quemadmo-  
dum accepistis à nobis, quomodo oportet  
vos ambulare & placere Deo, sic &  
ambuletis, vt abundetis magis. Scitis e-  
nim quæ præcepta dederim vobis per  
domi-

1. The 4



dominum Iesum. Insuper Lucas refert in Act. Apostolorum cap. 10. de Paulo & discipulo eius Timotheo in hæc verba: Cùm pertransirent ciuitates, tradebant eis custodire dogmata, quæ erant decreta ab Apostolis & senioribus qui erant Hierosolymis. Et cap. 15. Paulus electo Sylâ profectus est, traditus gratiæ Dei à fratribus: perambulabat autem Syriam & Ciliciam, confirmans Ecclesias, præcipiens custodire præcepta apostolorum & seniorum. Vnde declaratur multa fuisse Apostolorum dogmata & præcepta de regimine Ecclesiæ, quæ minimè mandata fuerunt literis. Dominus quoque in Euangelio: Euntes, inquit, ad discipulos suos, docete omnes gentes, baptizantes eos &c. docetes eos seruare omnia, quæcunque mandauit vobis. Quod etiam Apostoli diligenter sunt exequuti, multis annis viua voce tradentes gentibus omnia quæcunque mandauerat illis Christus, priusquam vllus Euangelistarum aut Apostolorum Euangelium vel Epistolam conscripsisset. Sed nec omnia, quæ

Matt. vi.

D 5 acce.

IO ANN. SLOT. GEF.

acceperant à Christo, literis commendarunt, sed multa viua voce Ecclesijs tradiderunt, quæ tandem consuetudine fidelium roborata, ex animo in animum, à maioribus in posteros medio incurrète verbo sunt transfusa. De quibus Tertullianus in lib. de Corona militis, postquã multas Ecclesiasticas traditiones recensuisset, vtpote de ritu baptismi & Eucharistiæ, ante lucanis precibus, oblationibus pro defunctis, & martyrum natalitijs dicit. Harum & aliarum huiusmodi disciplinarum, si legem postules, scripturam nullam inuenies. Traditio tibi perpèdetur auctrix, & cõsuetudo cõfirmatrix, & fides obseruatrix. Et paulò superius dixerat, quod ad traditionis obtentũ, nõ est exigenda autoritas scripturæ. Hæc ille. Multa itaque sunt in Ecclesia vniuersali recepta, & ea quidem ad salutem necessaria, quæ in scripturis canonicis dilucidè & exertè non ita reperiuntur, sed per traditionem Apostolorum Christi, illi innotuerunt, de quibus vel subobscura, aut nulla mentio in sacra scriptura habet.

betur, & tamen tota Ecclesiæ suscepsio, tam in Oriente quàm in Occidente, à spiritu sancto edocta, à temporibus Apostolorum vsque in præsens, ea tanti fecit, ac si scriptura ipsa continerentur, solius primorum & maiorum traditionis autoritati innixa, quam qui non recipit nec veneratur, nõ est etiam quòd recipiat scripturas istas sanctas, quas habemus, quippe quarum autoritas non per aliud, quam per traditionem maiorum Ecclesiæ nobis nota est, ac subinde qui traditionem negat, totam religionem Christianã penè subuertit. Quòd autem huius scripturæ quã habemus autoritas, non per aliud Ecclesiæ innotuerit, quàm per traditionem, sed & autoritatem ab Ecclesia receperit, D. August. contra epist. Manichæi, quã vocant fundamenti, c. 5. asserit, dicēs: Ego Euangelio non crederē, nisi me Catholicæ ecclesię commoueret autoritas, quam cap. 4. dicit miraculis inchoatam, spe nutritam, charitate auctã, vetustate firmatam. Nam vnde discernit Ecclesia hæc quatuor Euangelia quæ modò habet & merito re-

Scripturæ  
autoritas  
per traditi  
onem in-  
notuit &  
firmamen  
tum rece  
pit.

tò re-

IOANN. SLOT. GEF.

tò reueretur, ab alijs Euangelijs, quæ sub nominibus aliorum apostolorum, nimirum Petri Andreæ, Thomæ, vel etiam Nicodemi, aut cuiusuis alterius etiam Apostoli nomine commendabatur, nisi traditione duce, per spirit<sup>o</sup> sancti magisterium in ipsius Ecclesiæ primoribus seruata? Non enim erat contentum in hac scriptura, quòd omnia quæ ibi scripta erant, diuinitus erant reuelata: neq; si esset, od id statim quando primitus recipiebatur, fides indubitata ei adhibenda erat, cum quælibet scriptura humanitus adinuenta, huiusmodi titulis potuisset còdecorari. Creditum est ergo, contenta in Euangelio à Deo esse reuelata, quia traditioni Iesu Christi & apostolorum omnino erant conformia, cuius rei iudicium ad apostolos & viros apostolicos Ecclesiæ proceres spectabat: non quidem testificando solùm, sed tanquam iudices sententiam ferendo, vtpote qui plenè spirituales erant, & Christum & doctrinam eius ad plenum retinebant, & per spiritum sanctum quem habebant, & eius traditionem,

tionem, de omnibus spiritualibus iudicabant, confirmante sermonem suū eodem spiritu, signis & nunquam visis in natura mirabilibus. Porro Ecclesia illa sancta Apostolorum & apostolicorum virorum scripturā hanc, posteritati tanquam traditioni suæ conformem, declararunt, & ut talem debere acceptari, alijs scripturis reiectis, per spiritum sanctum iudicarunt, quam rursus traditionē, miraculorū claritate, eximiaq; & plusq; humana qua pollebāt virtute, magisterio spiritus in auditorū cordibus operante firmiter comprobarunt.

Locum Pauli, ex Epistola ad Timotheum quem Tertullianus interpretatur de doctrina viua voce tradita, pulchre explicat Vincentius Lirinensis dicens: O exclamatio ista, & præscientiæ est pariter et charitatis: præuidebat enim futuros, quos etiam prædolebat errores. Quis est hodie Timotheus? Nisi vel generaliter vniuersa Ecclesia, vel specialitertotum corpus præpositorū, qui integram diuini cultus scientiam, vel habere ipsi debent, vel alijs infunderet

Quid

IOANN. SLOT. GEF.

Quid est, depositum custodi? Custodi (inquit) propter fures, propter inimicos, ne dormientibus hominibus superfement Zizania, super illud triticij bonum semen, quod seminauerat filius hominis in agro suo. Depositum (inquit) custodi. Quid est depositum? id est, quod tibi creditum est, non quod à te inuentum, quod accepisti, non quod excogitasti, rem non ingenij, sed doctrinæ: non usurpationis priuatæ, sed publicæ traditionis, rem ad te perductam, non à te prolatam, in qua non autor debes esse, sed custos: non institutor, sed sectator: non ducens, sed sequens. Depositum, inquit custodi, catholicæ fidei talentum, inuolatum illibatumq; conserua. Quod tibi creditum est, hoc penes te maneat, hoc à te tradatur. Aurum accepisti, aurum redde, nolo mihi pro alijs, alia subijcias: nolo pro auro, aut impudenter plumbum, aut fraudulenter æramenta supponas: nolo auri speciem, sed naturam planè. Et iterum: Deuita, inquit, prophanas vocū nouitates. Nō dixit,

**Talentum**  
**cuique tra-**  
**ditum cu-**  
**stodiendū**

di, catholicæ fidei talentum, inuolatum illibatumq; conserua. Quod tibi creditum est, hoc penes te maneat, hoc à te tradatur. Aurum accepisti, aurum redde, nolo mihi pro alijs, alia subijcias: nolo pro auro, aut impudenter plumbum, aut fraudulenter æramenta supponas: nolo auri speciem, sed naturam planè. Et iterum: Deuita, inquit, prophanas vocū nouitates. Nō

dixit,

DE RETI. FIDE ORTH. 24

dixit, antiquitates, non dixit vetustates, imò planè quid e contrario sequere tur ostendit. Nā si vitanda est nouitas, tenenda est antiquitas: & si pphana est nouitas, sacrata est vetustas. Et oppositi ones, inquit, falsi nominis sciētię. Verè **Falsum no men apud doctrinas hæretico rum,** falsum nomē apud doctrinas hæretico rū, vt ignorantia scientię, & caligo fere nitatis, & tenebrę luminis appellatiōe fucentur. Quā quidē, inquit, promitten tes circa fidē exciderūt. Quid promittē tes exciderūt? Nisi nouā, nescio quā, ig noratamq; doctrinam? Verūm ipse quo que Irenæus lib. 3. aduersus hæreses ca. 4. hortatur Christi fideles, ne propter nouā hæreticorum doctrinā, velint de positū apostolicarū traditionū negligere, sed in dubijs ad depositoriū **Veritatis deposito rium est Ecclesia,** veritatis (quod est Ecclesia) recurrere, eāq; au dire: Tant igitur, inquit, ostensiones cū sint hæc, non oportet adhuc quære re apud alios veritatē, quā facile est ab Ecclesia sumere, cum apostoli quasi in depositorium diues, plenissimè in ea contulerunt omnia, quæ sunt veritatis, vti omnis quicumque velit,umat ex

IOANN. SLOT. GEF.

ea potum vitæ. Hæc est enim vitæ introitus, omnes autem reliqui, fures sunt & latrones, propter quod oportet deuitare quidem illos, quæ autem sunt Ecclesiæ, cum magna diligentia diligere, & apprehendere veritatis traditionē. Quid enim etsi quæ de aliqua modica quæstione disceptatio esset, nõne oporteret in antiquissimas recurrere Ecclesias, in quibus Apostoli conuersati sunt, & ab eis de præsentis quæstione sumere quod certum, & reliquidum est? Quid autem si neque Apostoli scripturas reliquissent nobis, nõne oportebat ordinem sequi traditionis, quam tradiderunt ijs, quibus cõmittebant Ecclesias? cui ordinationi assentiunt multæ gentes barbarorum, eorum qui in Christum credunt, sine caractere vel atramento, scriptam habentes per spiritum, in cordibus suis salutem, & veterem traditionem diligenter custodientes, in vnum Deum credentes fabricatorem cœli & terræ, & omnium quæ in eis sunt, per Christum Iesum Dei filiũ &c. Et post pauca, Hanc fidem



DE RETI. FIDE ORTH. 25

fidem (inquit) qui sine literis crediderunt, quantum ad sermonem nostrum barbari sunt, quantum autem ad sententiam & consuetudinem & conuersationem, propter fidem per quam sapientissimi sunt, & placent Deo, conuersantes in omni iustitia, & castitate & sapientia. Quibus si aliquis annunciauerit ea, quæ ab hæreticis adinueta sunt, proprio sermone eorum colloquens, statim concludentes aures, longo longius fugient, ne audire quidem sustinentes, blasphemum colloquium. Sic per illam veterem Apostolorum traditionem, ne in conceptionem quidem mentis admittunt, quodcumque eorum portentiloquium est, neque enim congregatio fuit apud eos, neque doctrina instituta. hæc ille. Vtinam tam tenaciter nostri Germani tenerent traditiones non scriptas, quemadmodum isti barbari, de quibus loquitur Irenæus, tenuerunt. Quod quia in ea obseruatum non est, tot in ea existunt fides, quot iudicia, & quot sunt voluntates hominum. Vnde quod de suo seculo scribit in lib. ad Constantium Au-

E gustum

IOANN. SLOT. GEF.

gustum S. Hilarius, de nostro hoc seculo rectè dici potest: Periculosum nobis admodum (inquit) atq; etiam miserabile est, tot nunc fides existere, quot volūtates, & tot nobis doctrinas esse quot mores, & tot causas blasphemiarū pululare, quot vitia sunt, dum aut ita fides scribuntur, vt volumus, aut ita vt volumus intelliguntur, & secundum vnum Deum, & vnum Dominum, & vnū baptisma, & etiam fides sit vna, excedimus ab ea fide, quæ sola est, & dum plures fiunt, ad id cæperunt esse, ne vlla sit, hæc ille. Qui etiam de fidei renouatore ac subinde immutatore Constantio, ad Constantium scribens, ostendit quibus sint comparandi, qui toties fidem suam renouant ac immutant: Accidit tibi (inquit) quod imperitis ædificatoribus, quibus sua semper displicent, accidere solet, vt semper destruas, quod semper ædifices. hæc ille. Cæterum mirari satis nequeo (inquit Vincent: Lirnenf.) tantam quorundam hominum vefaniam, tantam excæcatæ mentis impietatem, tantam postremo errandi libidinem, vt contenti non sint, tradita

& recepta semel antiquitus credendi regula, scilicet noua ac noua in diem querant, semperq; aliquid gestiant, religioni addere, mutare, detrahere. Quasi non cæleste dogma sit, quod semel reuelatum esse sufficiat, scilicet terrena institutio, quæ aliter perfici, nisi assidua emendatione, imo potius reprehensione non posset, quum diuina clament oracula: Ne transferas terminos, quos posuerunt patres tui. Et Super iudicantem, ne iudices. Et Scindentem sepem, mordebit eum serpens. Et illud apostolicum iam ex Epist. ad Timoth. productum, quo omnes omnium hæreseon sceleratæ nouitates, velut quodam spiritali gladio, sæpe truncatæ, sempq; truncandæ sunt. Et post hæc inueniunt aliqui, tanta inueteratæ frontis duritia, tanta impudentiæ incude, tam adamantinæ pertinentiæ, qui tantis eloquiorum cælestium molibus non succumbant, tantis ponderibus non fatiscant, tantis malleis non quassentur, tantis postremo fulminibus, non cõterantur.

**P**orro priusquam progrediamur **CAP. III.**  
 ac propositum prosequamur iter,

**E** quo

IOANN. SLO. GEF.

Scripturis  
omnia cō-  
mendari  
non potu-  
erunt.

Spiritus  
sancti ma-  
gisterium  
Ecclesiæ,  
nunquam  
defuit, nec  
unquam  
est defutu-  
rum.

quoniã aduersarij nihil aut credendum  
aut recipiendũ vociferantur, nisi quod  
sacris contineatur eloquijs, & hoc tam-  
quam basim quandã ac fundamentum  
quoddã statuunt suæ doctrinæ, iam de-  
monstrare conabimur, non omnia quæ  
tenenda sunt à scriptura petenda esse, nec  
oĩa diuinitus tradita in scripturis con-  
tineri. Nam si omnia scripta esse debe-  
bant, quæ ad Ecclesiæ salutem & regi-  
men animarum pertinebant, superflu-  
um plane & otiosum esset spiritus san-  
cti magisterium ineffabili pollicitatio-  
ne ei promissum, nõ ad horam tantum,  
sed quod vsq; in finem seculi esset eam  
comitaturum & cum ea permansurum,  
non per interualla temporum, sed per-  
petua & continua successione vsq; ad  
finem seculi: Ad hoc autem in Ecclesia  
spiritus ille sacer perpetuo residet, vt in  
rebus dubijs & controuersis claram ve-  
ritatis suæ lucem exhiberet, sanctorum  
doctorum corda secretis inspirationi-  
bus illustrando, & per eos Ecclesiam su-  
am in cunctis quæ ad fidei necessitatem  
attinent erudiendo. Quo fit, vt propter  
perpetuam

po  
E  
&  
ho  
tu  
pi  
en  
bl  
sp  
ria  
po  
bu  
ret  
um  
esse  
exp  
falu  
ria  
illu  
ris  
clef  
hæc  
dem  
milo  
patr  
nibu

DE RETI. FIDE ORTH. 27

perpetuam huius spiritus præsentiam, Ecclesia apud Paulum columna dicatur <sup>1. Ti. 3.</sup> & firmamētum veritatis, nimirū quòd hoc spiritu veritatis, tam solidè fulciatur, vt nequeat in errores aliquos impingens, diutius in eis perseuerare. Par enim fuit, vt apostolis iam è medio sublatis, Ecclesiam per viros apostolicos spiritus sanctus in cunctis (que necessaria forent) deinceps edoceret, ac omnia potius ageret, quàm vt diutius in rebus vehementer ambiguis ipsa fluctuaret. Porro hoc spiritus sancti magisterium in Ecclesia superfluum censendum esset, si omnia in scripturis contenta & explicata haberentur, quæ ad Ecclesiæ salutem, & animarum regimen necessaria videntur. Quorsum enim opus esset illius magisterio, cum iam omnia literis essent demandata, & à proceribus Ecclesiæ legi & populo tradi possent? Ad hæc si omnia necessariò scripturis foret demandanda, non est vllò modo verisimile, sanctos illos apostolos & primos patres, tam parcos in scribendis voluminibus fuisse, quos tamen constat parum

IOANN. SLOT. GEF.

scripsisse, sed multis annis Ecclesiam vi-  
ua voce & traditione erudijse, prius-  
quam aliquid scriberent. Quod si adeo  
necessarium est, omnia scripturis com-  
mendari, quare Christus qui salutis om-  
nium fuit desiderantissimus ac sitien-  
tissimus nihil scripsit? Certè longè sati-  
us fuisset ipsum per totam vitam suam  
nihil aliud agere, quam scribendis li-  
bris incumbere, & illis omnia deman-  
dare, quæ ad animarum regimen & sa-  
lutem Ecclesiæ forent necessaria, quam  
viua voce Apostolis tradere quæ ipsi  
postmodum suggerente spiritu sancto  
alijs absque scripto longo tempore es-  
sent tradituri, donec tandem quædam  
eorum, quæ à Christo acceperant, lite-  
ris posteritati etiam transmittēda com-  
mendarent. Porro cum Christus nihil  
scripserit, sed solū verbo docuerit, fir-  
miter credendum est Euangelistas &  
Apostolos multa præterijse de verbis  
& traditionibus Christi, ac eorum nul-  
lam in suis libris fecisse mentionē. Vn-  
de Ioannes: Sunt (inquit) & alia multa  
quæ fecit Iesus, quæ si scriberentur per  
singula

Scripta  
sunt non  
oīa quæ  
fecit Chri-  
stus, & mul-  
to minus  
quæ dixit.  
Ioan, ult,

singula, nec ipsum arbitror mundū ca-  
 pere posse eorum qui scribendi sunt li-  
 bros. Quod si non oīa scripta sunt quæ  
 fecit Christus, certè multò efficaciori  
 ratione concluditur, neq; oīa esse scrip-  
 ta, que dixit aut docuit viua voce atq;  
 discipulis tradidit, etiā de ijs que ad sa-  
 lutē sunt necessaria Ecclesiæ, quæ tamē  
 omnia credendū est Apostolos diligen-  
 ter gētibus denunciaſſe, atq; ita ex ore  
 in os, & ex pectore in pectus transfusa,  
 ad nos vsque perueniſſe, absque scriptu-  
 ræ alicuius testimonio. Præterea si om-  
 nia ad salutem necessaria ex scripturis  
 petēda sunt, quid de illis primis huma-  
 ni generis parentibus ac eorum succes-  
 soribus vsque ad catechysmum, & dein-  
 de vsque ad Moysen, qui primus acce-  
 pit legem scriptam in dispositione an-  
 gelorum, dicturi sunt? Certe Ecclesiam  
 tunc fuisse negare non audebunt, quæ Ecclesia  
 ab initio mundi vsque ad finem fuit & fuit ab in-  
 perseuerabit, & tamen impiū est crede- tio mudi,  
 re illam in necessarijs ad salutē tunc in a ante om-  
 liquo defecisse. Fuit itaq; Ecclesia ante nē scriptu-  
 omnem scripturā, omnemq; antecessit. ram,

E 4 Non

IOANN. SLOT. GEF.

Homi 2.  
supc. can.

Ephes. 1.

Psal.

Adam pro  
pheta fuit

Non tu mihi (inquit Origenes) ex ad-  
uentu saluatoris in carnem, sponsam di-  
ci Ecclesiam putes, sed ab initio huma-  
ni generis, & ab ipsa constitutione mū-  
di, imo (vt Paulo duce altius mysterij  
huius originem repetam) ante etiam  
constitutionem mundi. Sic enim dicit  
ipse: Sicut elegit nos in Christo ante  
constitutionem mundi, vt essemus san-  
cti & immaculati coram ipso in charita-  
te, prædestinans nos in adoptionem fi-  
liorum Israel. Sed & in Psalmis scribi-  
tur: Memento congregationis tuæ do-  
mine, quam congregasti ab initio. Pri-  
ma etenim fundamenta congregatio-  
nis Ecclesiæ, statim ab initio sunt posi-  
ta. Vnde & Apostolus dicit ædificari  
Ecclesiam non solum super Apostolo-  
rum fundamentum, sed etiam prophe-  
tarum. Inter prophetas autem, nume-  
ratur & Adam, quia magnum mysteri-  
um prophetavit in Christo & in Eccle-  
sia dicens: Propter hoc relinquet homo  
patrem suum & matrē suam, & adhære-  
bit vxori suæ, & erunt ambo in carne  
vna. Evidenter enim de his dictis ei-

us



DE RETI. FIDE ORTH. 29

us, dicit apostolus, quia mysterium hoc magnum sit, ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Fuit ergo ante omnem scripturam Ecclesia. Epiphanius quoque lib. 1. contra hæreses, cum de mundi exordio loqueretur, cum Adâ & filios eius recensuisset vsque ad Jared. Quemadmodum, inquit, traditio habet, quæ ad nos deuenit, hinc incepit fraus in mundo fieri, & ab initio quidem per inobedientiam ipsius Adam, deinde per ipsius Cain parricidium. Nunc autem in temporibus Jared, & ultra, veneficiû, incantatio, petulantia, adulterium & iniustitia. Non opinio aliqua alia, non doctrina immutata, sed vna lingua, vnum genus in terra, illo tempore dispersum, &c. Et iterum: Sem, inquit, genuit Arphaxat, Arphaxat Cena, Cena Hala, Hala Heber pi- um & religiosum, Heber Phalec, & nihil erat in terra, non hæresis, non opinio alia atque alia, sed solùm homines vocabantur, vnius labij & vnius lingue. Erat autem solùm impietas & pietas, lex naturæ, & vnius cuiusque volû-

E 5 tatis

IOANN. SLOT. GEF.

tatis propositum secundum naturam,  
& neque à doctrina, neq; ex libris scri-  
ptorum error & seductio, non Iudaif-  
mus, non hæresis alia aliqua, sed sicut  
nunc est fides, quæ iam in sancta Catho-  
lica Ecclesia versatur, quæ ab initio fu-  
it, & postea rursus reuelata est. Si quis  
enim pro veritatis studio expendere  
velit, sancta & Catholica Ecclesia prin-  
cipium omnium est: ex hoc nimirum  
scopo, Adam Protoplastus format<sup>9</sup> est,  
non circumciscus, sed carne præputium  
habens. Non autem erat idololatra, &  
nouit patrem Deum & filium, & spiri-  
tum sanctum, propheta enim erat. Itaq;  
quum non haberet circumcisionem, nõ  
erat Iudæus: & quum simulachra non  
adoraret, aut aliud quid, non erat idolo-  
latra. Propheta enim erat Adam, & no-  
uit quòd pater dixit filio, faciamus ho-  
minem. Quid igitur erat? Neque circū-  
cisionem habens, neque simulachra co-  
lens, sed Christianismi formam osten-  
dens. Sic etiam de Abel & de Seth, & de  
Enos, & de Enoch, & de Mathusala, &  
de Noe & Heber, vsque ad Abrahã acci-  
pien-

*Ecclesia  
Catholica  
est princi-  
pium om-  
nium.*

*Adam &  
ceteri pa-  
tres legis  
naturæ  
Christia-  
nismi for-  
mam ha-  
buerunt.*

DE RETI. FIDE ORTH. 30

piendū est. Operabatur aut̄ tunc & pietas, & impietas, & fides & incredulitas. Fides quidem Christianismi imaginem obtinens, incredulitas autem, impietatis & iniquitatis formam exhibens, cōtraria legi naturæ, vsque ad præiudicandum tempus. Haftenus ille. Ex cuius verbis liquet Ecclesiam ab initio mundi vsque ad ipsum Heber, imò vsq; ad Abraham absque scriptura fuisse, quia solū erat pietas (apud fideles scilicet) & impietas ( apud impios & infideles) lex naturæ, & vniuscuiusque voluntatis propositum secundum naturam, & neque à doctrina, neque ex libris scriptorum error & seductio, eò quod librorum scriptores nulli adhuc essent. Deinde etiam hoc animaduertendū est, ipsum Epiphaniū hęc asserere, nō auctoritate scripturę, sed traditiōe, p̄ quā etiā multa alijs in locis p̄bat, vt intelligat lector q̄ti semp̄ venerabilis pater fecerit traditiōs, quantū ue illis tribuere solit̄ sit. Ceterū quod forsan q̄dam præmissis verbis obijcere cōtendūt, p̄phetiam Enoch, quas Iudas Apostolus in epistola sua

Traditio-  
nes sem-  
per magni  
fecit Epi-  
phanus.

Liber E-  
noch in-  
apocry-  
pha nume-  
ratus.

IOANN. SLOT. GEF.

la sua recentet, nihil aduersum nos facit, eò quòd liber ille, vnde prophetia illa desumpta est, inter apocrypha numeretur.

CAPVT IIII.

**H**Is accedit, hanc aduersariorum sententiam, qua volunt nihil tenendum, credendum aut faciendum esse, nisi quod in scripturis habeatur, destruere semetipsam, quum nusquã hæc sententia in scriptura canonica legatur. Si enim nihil recipiendũ est, nisi quod in scripturis ostenditur, & hæc sententia in sacris literis non inuenitur, qua fronte audent eam nobis obtrudere? Adhæc si nihil faciendum aut tenendũ est, nisi quod exertè in scripturis præcipitur, aut traditur, sancti Apostoli & Euangelistæ perperam egisse censentur, qui nouum conscripserunt Testamentum, quod eis commissum esse nusquã in scripturis legitur, neque Christus præcepit: *Ite, scribite, sed prædicate Euangelium omni creaturæ.* Ceterum vt rationibus omisis, clarius demonstramus, non omnia quæ tenenda sunt, à scrip-

Mar. vlt.

scrip  
omn  
tine  
bim  
uerf  
ad fa  
cano  
ne c  
clesi  
simp  
ptur  
nius  
Oste  
trem  
Hoc  
vlt. &  
clare  
hi tre  
Latin  
quem  
turæ a  
mnes  
scriptu  
cutiat  
dicim  
sint ha

DE RETI. FIDE. ORT. 31

scriptura petenda esse, ac proinde non omnia diuinitus tradita in scriptura contineri, exemplis id ipsum commonstrabimus, ut omnes videant multa in vniuersali Ecclesia esse recepta, & ea quidem ad salutem necessaria, quæ in scriptura canonica dilucidè non leguntur. Nonne credit & confitetur Catholica Ecclesia Trinitatem personarum, in vna simplicissima essentia? At quibus scripturis probari potest, tres personas, vnius esse essentiæ, & æqualis potentiæ? Ostendere quidem potest esse tres, patrem scilicet, filium, & spiritum sanctum. Hoc enim Christus apud Matthæum c. vlt. & Ioannes Apostolus in 1. can. c. 5. Trinitatem personarum in vna essentia, ex scriptura aperte non habemus. Latini dicimus, aut tres hypostases, quemadmodum Græci dicunt, scripturæ autoritate nemo potest, etiamsi omnes ingenij sui vires exerat, & omnes scripturarum sinus, locos & angulos excutiat quàm diligentissimè. Non hoc dicimus, quasi scripturis probari non possint hæc ipsa, sed quòd sub hac verborum

rum

IOANN. SLO. GEF.

rum forma in scripturis non reperian-  
tur. Licet enim nomen personæ non  
inueniatur in scriptura noui ac veteris  
Testamenti dictum de Deo, tamen id  
quod nomen significat, multis modis  
inuenitur assertum. Sic etiam nusquã  
scriptum habetur Homouision, aut  
consubstantialem patri esse Christum.  
Non enim hæc verba in scripturis re-  
periuntur, sed in symbolo Nicæno, v-  
bi dicitur: Genitum non factum, con-  
substantialem patri: Item quod Chri-  
sti anima benedicta post mortem ad in-  
fernos descenderit, nemo Euangelista-  
rum expresse narrauit, sed ex solo apo-  
stolico symbolo clarè constat. Eiusdem  
rationis est, quantum ad claram expres-  
samque scripturam attinet, quòd credi-  
mus spiritus sancti diuinitatem & æqua-  
litate cum alijs personis, quòd eundè  
à patre simul & filio dicimus procede-  
re, quòd duas in Christo naturas, in v-  
nitate diuini suppositi adunatas, quòd  
duas voluntates in eodem. Quid, quòd  
perpetuam Mariæ virginitatem tota p-  
orbem confitetur Ecclesia, quã tamen  
scri-

scrip-  
tius  
verb-  
uum  
luer-  
am.  
tem  
ma t-  
part-  
ctas.  
possi-  
tate  
perp-  
pla ic-  
deres  
boles  
non  
gens  
ticul-  
portu-  
dame-  
dem a-  
infirm-  
scuran-  
fia cat-  
lane s-

DE RETI. FIDE ORTH. 32

scriptura diuina, non astruere, sed potius impugnare videtur, si corticem verborum sequaris, & intellectum prauum impij Eluidij apprehendere malueris, quàm catholicam sequi Ecclesiam. Nam illius perpetuam integritatem impugnans, plurimas & ipsa prima fronte perspicuas adduxit pro sua parte scripturas, licet perperam intellectas. At quas scripturas nos proferre possumus pro perpetua illius virginitate? & tamen certò credimus, eam perpetuò fuisse virginem. Hęc exempla idcirco à me posita sunt, vt ostenderem, non omnia esse reiicienda aut abolenda, quę in scriptura claris verbis non exprimuntur, non quasi ambigens de eiusmodi sacrosanctę fidei articulis, sed coactus & impulsus, per importunas aduersariorum falsissimi fundamenti assertores: non inquam vt eosdem articulos in dubium vocarem, aut infirmis scandalũ ingererẽ, aut fidẽ obscurarẽ (firmissimè em̃ illos cum Ecclesia catholica & credo & cõfiteor) sed vt **hanc sopherina falsitatis & deceptiõis fundamentum**

Marię virginitas perpetua exprcis scripturę verbis nõ probatur.

IOANN. SLOT. GEF.

**Actor. 15.**

**Gen 9.  
Obiectio.**

**Solutio.**

**Matt 15**

**Rom 14**

damentum eorum subuerterem & reuellerem, nihil scilicet sine expressa scripturarum autoritate statuendum aut recipiendum esse in ecclesia. Et quamquam multa iam dicta sint, tamen si nihil sine expressa scriptura statuendum de religione est, ita emque nihil extraneum recipiendum, cur Apostoli in primitiua Ecclesia statuerunt, à sanguine & suffocato abstinendum esse? fortasse dices, quòd præceptum esset in Genesi, dicente Domino ad Noe & filios eius: Omnes pisces maris, manui vestræ traditi sunt, & omne quod mouetur & uiuit, erit uobis in cibum. Excepto quæ carnem cum sanguine non comedetis. Sed legis umbra iam per lucem Euangelij discussa erat, iamque eiusmodi præcepta mortua erant, & in morte Christi vigorem suum perdiderant. Ad hæc etiam Christus illud præceptum liberum esse iussit, quando dixit: Quod intrat per os, non coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore. Et Paulus: Non est, inquit, regnum Dei esca & potus, sed iustitia & pax, & gaudiū in spiritu

ritu  
dur  
tè p  
iuss  
Apo  
mun  
ptiz  
ritu  
ptiz  
Apo  
in n  
bapt  
dim  
it. D  
esse  
zanc  
ferua  
ligie  
ditio  
ti ma  
ad Ec  
esse b  
bapti  
Eccle  
clesia  
& per



DE RETI. FIDE ORTH. 35

ritu sancto. Cur itaq; apostoli abstinendum ab eo præceperunt, quod non antè præceperat Christus, sed liberum esse iusserat? Præterea nõne Christus, cum Apostolos suos mitteret in vniuersum mundum, præcepit eis vt credituros baptizarent in nomine patris & filij & spiritus sancti? Nõne disertis verbis, eis baptizandi formam contradidit? Et tamẽ Apostoli leguntur multos baptizasse in nomine domini nostri Iesu. Quem baptizandi ritum Ecclesia postmodum dimisit, & priorem reuocauit, & restitit. Deinde quod voluit Christus prius esse docendos homines, & postea baptizandos, in paruulis siue infantibus obseruare non potuit, ecclesia, quos tñ religiosa consuetudine & Apostolica traditione abluendos ab originalis peccati macula per lauachrum regenerationis ad Ecclesiam defert. Adde nusquam scriptum esse baptizatos ab hereticis, minimè re-baptizandos esse, sed pro baptizatis ab Ecclesia recipiendos (modò forma Ecclesie seruata sit in collatione baptismi) & per solam manuum impositionem recon-

F cilian-

IOANN. SLOT. GEF.

ciliandos esse Ecclesiæ. Nusquam enim hoc expressa permitit scriptura, neq; ex aliquo loco canonicæ scripturæ probari potest. Item quis est qui negare audeat Petrum & reliquos Apostolos baptizatos esse, & tamen per quam scripturam id ipsum probari potest? Certè p nullam, quæ admodum licet videre apud Augustinum epist. 108. ad Seleucianâ, ubi affirmat quidem eos baptizatos, & hoc ipsum indicasse Christum, quum diceret ad lotionem pedum Petri: Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus: non tamen scriptum esse, quando baptizati fuerint, quando de hoc dubitandum non sit. Piget referre plura, quæ in ecclesia catholica pie obseruantur, & religiose custodiuntur ac tenentur, de quibus vel subobscura, aut certè nulla habetur in sacris literis mentio, quæ tamen tota ecclesiæ successio à spiritu sancto edocta, à temporibus Apostolorum usque in præsens semper credit, tenuit ac obseruauit, secunda de pollicitatione Christi & magisterio spiritus sancti. De quibus omnibus. D. Aug. in epist.

IOAN. 13

DE RETI. FIDE ORTH. 36

epist. u8. ad Ianuarium inquit, Illa quę  
non scripta, sed tradita custodimus, q̄  
quidem toto terrarum orbe obseruan-  
tur, datur intelligi, vel ab ipsis Apосто-  
lis, vel plenarijs Concilijs (quorum est  
in ecclesia saluberrima autoritas) com-  
mendata atque statuta retineri, sicuti  
quod domini passio, & resurrectio, &  
ascensio in cœlum, & aduentus de cœ-  
lo spiritus sancti, anniuersaria solenni-  
tate celebrantur, & si quid aliud tale oc-  
currerit, quod seruetur ab vniuersis,  
quacunq; se diffundat Ecclesia. Et ite-  
rum ibidem: Similiter etiam si quid ho-  
rum, inquit, tota die per orbem frequē-  
tat Ecclesia. Nam hoc quin ita faciendū  
sit disputare, insolentissimę infanię est.  
Hactenus ille.

Itaque nos hæc scientes, magno studio  
teneamus, quod tota Ecclesię successio  
à spiritu sancto edocta, semper credi-  
dit, tenuit ac obseruauit, nō solum quę  
apertè in sacris literis traduntur, ve-  
rùm etiam quę per traditionem apo-  
stolicam ac ecclesiasticam nobis innotu-  
erunt. Nam (vt Vincent. Lirinēsis testa-  
tur)

Traditio-  
nes aposto-  
licas nullo  
pacto de-  
benus de-  
serere.

IOANN. SLOT. GEF.

Gen. 19

tur) magno metu nobis immutatæ fidei, ac temeratæ religionis piaculum, pertimescendum non solum est, à quo nos non solum constitutionis Ecclesiasticæ disciplina, sed etiam censura apostolicæ deterret autoritatis. Scitum etenim cunctis est, quàm grauitè, quàm vehementer inuehatur in quosdam B. Apostolus Paulus, qui mira leuitate nimium citò translati fuerant ab eo, qui eos vocauerat in gratiam Christi, in aliud Euangelium, quod non est aliud, qui coaceruauerant sibi magistros ad sua desideria, à veritate quidem auditum auertentes, conuersi verò ad fabulas, habentes damnationem. Et post pauca: Cùm Galatæ (inquit) nauſea quadam veritatis adfecti, apostolicę catholicęq; doctrinæ manna remouentes, hæreticę nouitatis sordibus oblectarentur, ita se se apostolicę potestatis exercuit autoritas, vt summa seueritate decerneret. Sed licet aut nos, inquit, aut angelus de cœlo euangelizet vobis præterquã quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Quid est quod ait, Sed licet nos? Cur non

DE RETI. FIDE. ORT. 37

non potius, Sed licet ego? hoc est, etiam si Petrus, etiam si Andreas, etiam si Ioannes, etiam si postremò omnis apostolorum chorus euangelizet vobis, præterquod quod euangelizauimus, anathema sit. Tremenda districtio, propter adserendam primæ fidei tenacitatem, nec sibi, nec cæteris coapostolis pepercisse. Parum est etiam, si angelus, inquit, de cælo euangelizet vobis, præterquam quod euangelizauimus, anathema sit. Non suffecerat ad custodiam, traditæ semel fidei, humanæ conditionis cõmemorasse naturã, nisi angelicã quoq; excellentiã cõprehendisset. Deinde paucis interpositis, postquã cõprobasset illa nõ solis Galatis esse dicta, sed cunctis ætatibus imperata subiecit. Annũciare ergo aliquid Christianis catholicis p̄ter id quod acceperunt, nunquã licuit, nusquã licet. Nũ licebit & anathemare eos, qui annuncient aliquid p̄terquod quod semel acceptum est? nunquã nõ oportuit, nusquam non oportet, nunquam non oportebit. Quæ cũ ita sint, estne aliquis, vel tãtẽ audacia, q̄ p̄ter id quod apud Ecclesiã an-

IOANN. SLO. GEF.

nuntiatum est, annunciet, vel tantæ leuitatis, qui præter id quod ab Ecclesia accepit, accipiat? Clamet & repetendo clamet, & omnibus & semper, & ubiq; per literas suas clamet ille, ille? Vas electionis, ille magister gentium, ille apostolorum tuba, ille terrarum præco, ille cælorum conscius, vt si quis nouum dogma annunciauerit, anathemetur.

CAPVT V.

*Episcoporum  
succelsio in  
Romana  
Ecclesia.*

**H**IS pro euersione ruinosi fundamenti aduersariorum interpositis, iam cœptum carpamus iter, & copiosius de ipsa serie successionis Episcoporum agamus, quæ vel vna est ex præcipuis Ecclesiæ notis. Nam hæc Episcoporum successio maximè in Romana Ecclesia tam magna & euidentis est Ecclesiæ nota, vt vna fuerit ex veritatibus illis, quæ D. Augustinum in Catholicæ ecclesiæ gremio retinuerunt. Sic enim hic in lib. quem scripsit contra epist. Manichæi, quam vocant fundamenti, c. 4. In catholica Ecclesia, tenet me ab ipsa sede Petri Apostoli (cui pascendas oues suas post resurrectione

Do-

DE RETI. FIDE ORTH. 38

dñs commendauit) vsque in præsentē  
 episcopatum, successio sacerdotum. Et  
 in epist. 165. ad generosum donatistam,  
 haud leue adfert argumentum contra  
 Donatistas à certa illa successione Ro-  
 manorum pontificum: Si ordo ( inqui-  
 ens) Episcoporum sibi succedentium  
 considerandus est, quanto certius & ve-  
 rè salubriter, ab ipso Petro numeram⁹,  
 cui totius Ecclesiæ figuram gerenti do-  
 minus ait: Super hanc petram ædifica- **Matt. 16**  
 bo Ecclesiam meam, & portæ inferi nõ  
 uincunt eam. Petro enim successit Li-  
 nus, Lino Clemens, Clementi Anacle-  
 tus &c. In hoc ordine successione, nul-  
 lus Donatista episcopus inuenitur. Sic  
 & Epiphanius Constantiæ Cypri epis-  
 copus, contra sectam 27. scribens, reci-  
 tat seriem summorū Pontificū, qui in  
 Romana vrbe sibi inuicē successerunt.  
 Et Cyprian⁹ lib. 1. epist. 6. ad Magnum  
 scribens, argumentatur Nouatianū in  
 Ecclesia non esse, quòd Euangelica &  
 Apostolica traditione contempta, ne-  
 mini succedens, à seipso ordinatus sit.  
 Nam ecclesia, inq̃t, vna est, quę vna, &  
 F 4 intus

IOANN. SLOT. GEF.

intus esse, & foris nõ potest. Si enim apud Nouatianum est, apud Cornelium non fuit. Si verò apud Cornelium fuit, qui episcopo Fabiano legitima ordinatione successit, & quem præter sacerdotij honorè, martyrio quoque dominus glorificauit, Nouatianus in Ecclesia nõ est, nec episcopus computari potest, &c. Porro hæc episcoporum successio, in Romana Ecclesia præcipuè spectanda est, vbi hætenus perpetuò perdurauit. Nam quum alij multi episcopatus iam pridem defecerint, neq; illam sacerdotum successiõnem reseruauerint, Sarracenis & Turcis omnia occupantibus, & præterea hæreticis & hæresibus frequenter contaminatæ fuerint sedes episcoporum illorum, vnica ista Romana cathedra, certissimam & stabilissimam pontificum seriem conseruauit. Quod robustissimum ac validissimum argumentum est, eam non aliunde, quàm ex institutione diuina, hanc authoritatem & stabilitatem accepisse, pseueratura & duratura, nihilominus in eadem firmitate & autoritate vsque ad consummationem seculi

**Romana  
Ecclesia  
semper pō  
tificum se  
riem stabi  
lem ac cer  
tam cou  
seruauit,  
quam ex  
instituti  
one diuina  
accepit.**

sec  
D  
tro  
xit  
ædi  
Cu  
nun  
gau  
qu  
furn  
oue  
pon  
hæ  
tum  
ren  
bust  
pot  
sa ef  
nui  
cit, f  
Des  
hæ  
flau  
olen  
dom  
data



DE RETI. FIDE ORTH. 39

seculi. Nam quemadmodum ex verbis  
 D. Augustini discere licet, Christus Pe-  
 tro figuram totius ecclesiæ gerenti, di-  
 xit: Tu es Petrus, & super hanc petram  
 ædificabo Ecclesiã meam, & portæ &c.  
 Cui adijcitur quòd Lucas refert domi-  
 num dixisse ad Petrum. Ego pro te ro-  
 gavi Petre, vt non deficiat fides tua. Et  
 quod Ioannes refert dominum post re-  
 surrectionem suam dixisse eidem: Pasce  
 oues meas. Hæc etenim sunt Romani  
 pontificis solidissima fundamenta, quæ  
 hæretici, scismatici atq; tyranni, quan-  
 tumuis furerent, quantumuis etiam vte-  
 rentur violentia, quantumuis essent ro-  
 busti, nunquam hætenus subuertere  
 potuerunt, aut poterunt vnquam. Pas-  
 sa est sedes illa per multa, multos susti-  
 nuit fortiter insultus, sed semper eui-  
 cit, solido nimirum innixa fundamēto.  
 Descendit pluuia, & venerunt flumina,  
 hæreticæ seductionis & persuasionis, &  
 flauerunt venti, hoc est tempestates vi-  
 olentæ persecutionis, & irruerunt in  
 domum illam, & non cecidit, quia fun-  
 data est supra petram. Innocentius au-

*Matt. 16.  
 Romani  
 primatus  
 solidissi-  
 ma funda-  
 menta.  
 Luc. 22.  
 Ioan 21.*

IOANN. SLOT. GEF.

tem huius nominis tertius pontifex in sermone quodam de cōseruatione pontificia apertis verbis declarat idipsum, dicens: dñs non quilibet, sed ille, qui in vestimento & in femore suo scriptū habet, rex regum & dñs dominantium, de quo legitur quia dñs nomē est illi, per seipsum apostolicæ sedis primatum cōstituit, vt eius cōstitutioni, nulla possit audacia refragari, iuxta quod ipse testatur: Tu es Petrus & super &c. Cū em̄ idē ipse sit fundator & fundamentū ecclesiæ, p̄fectò portę inferi p̄ualere non possunt aduersus eā, quia fundamentū immobile perseuerat de quo dicit ap̄olus fundamentū positū est, p̄ter quod aliud poni nō potest, q̄ est Ch̄s Iesus. Licet ergo nauicula Petri magnis fluctibus in medio mari sepe iactetur, p̄sertim cum in ea dormit Iesus, nunq̄ tamē submergit, q̄a Iesus impat ventis & mari, & trāquillitas magna fit, ita vt hoīes inde mirent̄ & dicāt: qualis est hic? q̄a vēti & mare obediunt ei. Hęc est em̄ dom⁹ illa sublimis & stabilis, de qua veritas ait: Descēdit pluuia, venerūt flumina, flauerūt vēti & irruerūt in domum illam, &

D  
nō  
sup  
lus:  
pos  
one  
cere  
dila  
cōf  
oīb  
culi  
nos  
ab h  
con  
bor  
labo  
nea  
dela  
bū  
ex h  
ro e  
re, n  
re. E  
defi  
qm̄  
tia. E  
la v  
p &

DE RETI. FIDE ORTH. 40

nō cecidit, fundata em̄ erat supra petrā,  
 sup illā videlicet de qua dicit Apосто-  
 lus: Petra aut̄ erat Chrs. Patet ergo q; a- **1. Cor. 10**  
 postolica sedes non deficit in tribulati-  
 one, sed p̄ficit de Dei p̄missione, vt di-  
 cere valeat cū p̄pheta: In tribulatione  
 dilatasti me, de illius p̄missione p̄ficit  
 cōfisa, q̄ dixit Apóstolis: Vobiscū ero **psal 4.**  
 oībus diebus vsq; ad consummationē se- **Matt. vlt.**  
 culi. Porro si Deus nobiscū, quis contra **Rom 8.**  
 nos? Quia igitur constitutio hęc, nō est **Ecclesia**  
 ab hoīe, sed à Deo, imo verius quia hęc **Romana**  
 constitutio est ab hoīe Deo, frustra la- **frustra im-**  
 borat hęretic⁹ vel schismaticus, frustra **pugnatur,**  
 laborat p̄fidus lupus, vt demoliatur vi-  
 neam, vt tunicam scindat, vt euertat cā-  
 delabrū, vt lucernā extinguat, iuxta ver-  
 bū honorabilis legis doctoris dicētis: Si  
 ex hoibus est consiliū dissoluetur, si ve-  
 ro ex deo est nō poteritis illud dissolue- **Acto. 5.**  
 re, ne fortè & deo inueniamini repugna-  
 re. Et iterū: Ego p̄ te rogavi Petre, vt nō  
 defi. &c: Rogauit (inqt) & impetrauit,  
 qm̄ exaudit⁹ est in oībus p̄ sua reueren-  
 tia. et ideo fides apostolicę sedis, in nul-  
 la vnq̄ turbatiōe defecit, sed integra sē-  
 p̄ & illibata p̄mansit, vt Petri priuilegiū

IOANN. SLOT. GEF.

Matt. 16  
Matt. 18.

persisteret inconcussum. Et iterum: Mihi (inquit) dicitur in apostolo. Tibi da: &c. Cū omnibus apostolis loqueretur, particulariter dixit, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retēta sunt. Cum autem soli Petro loqueretur, vniuersaliter ait: Quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis &c. quia Petrus ligare potest cæteros, sed ligari non potest à cæteris. Tu (inquit) vocaberis Cephas, quod exponitur caput, quia sicut in capite consistit omnium sensuū plenitudo, in cæteris autem mēbris, pars est aliqua plenitudinis, ita cæteri vocati sunt in partem sollicitudinis, solus autem Petrus assumptus est in plenitudinem potestatis. Et iterum, primatum (inquit) Petri dominus Iesus Christus, & ante passionem, & circa passionem & post passionem constituit. Ante passionem cum dixit: Tu es Petrus &c. Circa passionē quum ait: Simon sathanas expetiuit vos &c. ego autem rogavi pro te &c. Post passionem verò quum tertio præcepit: Si diligis me, pasce oues meas.

D  
meas  
secur  
ra gr  
q; à  
super  
rum  
nes v  
habe  
annes  
re qu  
quit  
net in  
mana  
hare  
mēta  
sum,  
do ha  
clesia  
viola  
retico  
D. C  
testat  
dem a  
quos  
sum.  
data e

DE RETI. FIDE ORT. 41

meas. In primo sublimitas potestatis, in secundo constantia fidei, in tertio pastura gregis exprimitur hæc ille. Quia itaque à Deo stabilitatem accepit, idcirco superari nequit. Discurre per cæterorum Apostolorum sedes, & iam aut omnes vacuas inuenies, aut nõ legitimos habere successores, Nec Paulus, nec Iohannes nec Iacobus, neque cæterorum fere quisquam successorem hodie reliquit vllam. Soli Petro sua successio manet incolumis. Huc accedit, quod Romanæ cathedræ, nunquam vllus illufit hæreticus, neque vnquam illius fundamenta labefactauit. Alexandriam, Ephesum, Anthiochiã, expugnauit aliquando hæreticorum furor. At Romanæ Ecclesiæ inconcussam fidem, nulla vnquam violauit impietas, nulla de ea spolia, hæreticorum superbia reportauit. Quod D. Cyprianus li. 1. epist. 3. ad Corneliũ testatur, quum dicit, Romanorum fidem apostolo prædicante laudatam, ad quos perfidia non possit habere accessum. Vnde hoc? Quia (vt diximus) fundata est domus ista super petram, super  
verbum

Hæretica  
prauitas  
nunquam  
in Roma-  
na cathedra  
præua-  
luit.

m: Mi  
bi da:  
retur,  
niferi-  
orum  
tem fo  
er ait:  
am, e-  
Petrus  
non po  
eris Ce  
a sicut  
u ple-  
s, pars  
i voca-  
, solus  
enitu-  
natum  
ristus,  
nem &  
pafsio-  
. Circa  
anas ex  
ui pro  
um ter-  
e oues  
meas,

Matt. 7.

Esa. 40.

Matt. 24.

Luc. 21.

Successio-  
nem sacer-  
dotum vo-  
luit domi-  
nus exor-  
dium lu-  
mere à pe-  
tro, & du-  
rare in Ro-  
mana Ec-  
clesia, vi-  
que ad fi-  
nem mun-  
di.

Lu. 21.

verbum dñi, quod manet in æternum, super veritatē infallibilem quæ ait: Cœlum & terra transibunt, verba autē mea non transibunt. Voluit autem dominus hanc successiōnem à Petro sumere exordium, & ab ipso per successiones continuas, ad finem vsque seculi perdurare. Compertissimum equidem est, pontifices summos alterum post alterum hæctenus in Ecclesia successisse, nec interruptam fuisse, successiōnis huius continuam progressiōnem, adhuc vsque diem. De qua quidem successiōne, intelligēda & accipiēda esse verba Christi dicentis: Amen dico vobis, non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant, nõnulli voluerunt. Hæc (inquit Christus) generatio, nimirum quæ tunc cœpit, & vsque ad finem mundi perdurabit. Apostoli etenim omnes præterierūt, & ceteri vniuersi, qui tum superstites erant, nec tamen ad hunc vsque diē impleta sunt cuncta, quæ tum prædixerat Christus. Palam est igitur ea verba de Christianorum generatiōne, quæ à Petro tum sumpsit initium intelligi

DE  
intelli  
summo  
vt Pe  
mare  
terrup  
succes  
niam  
succes  
mus e  
diuin  
defici  
tutio  
tæ re  
questi  
one co  
cimus  
Dei o  
ta, vt  
terea  
est co  
iniqu  
Deo, c  
Vbi h  
pestile  
dra pe  
non e

DE RETI. FIDE ORT. 42

intelligi debere, Et certè non absque  
summa Dei prouidentia curatum est,  
vt Petrus in ea mundi parte sedem fir-  
maret suam, vnde continua nobis & in-  
terrupta, pontificum siue sacerdotum  
successio propagata sit. Cæterùm quo-  
niam hanc autoritatem, stabilitatem, &  
successionem cathedræ Romanæ, dixi-  
mus esse ex ordinatione & institutioe  
diuina, ois cathedra quæcunq; ab hac  
deficit, aut ei aduersatur, quia ibi insti-  
tutio Dei non est, ibi cathedra pestilen-  
tiæ reperit̃. Vnde D. Augustinus in li.  
quæstionum veteris & no. testam. quæsti-  
one centesima decima: Hanc (inquit) di-  
cimus cathedram pestilentiæ, quæ extra  
Dei ordinatione est, adhuc utiq; inuen-  
ta, vt iniqua inde exeant iudicia. Prop-  
terea pestilentiæ cathedra dicta est, quia  
est corruptio quæ parit mortē, sicut &  
iniquitas damnationem, Non est ergo à  
Deo, quæ est cathedra mortis. Et iterū:  
Vbi hæc institutio non est, ibi cathedra  
pestilentiæ reperit̃. Et iterū: Vbi cathe-  
dra pestilentis est, non potest iudicium  
non esse iniquum, quamuis quædam si-  
bi

Cathedra  
pestilentis

bi

IOANN. SLO. GEF.

sibi applicent, velut velamina, quibus impietatem contegant, vt videntes fallantur. Non potest enim sola impietas proponi, quia non inuenit emptorem, & vbi lex diaboli est, si ipse nominetur, horretur. Sed sicut mel veneno admiscetur per quod lateat, ita & legi diaboli, quædam iusta admiscent, & nomen applicant veritatis, sed vniuscuiusque sensus est iudicandus, quia ideo aliquando aliquid verum ostendit, vt fallat, vt cum maligna prædicat, bona putentur. Quoniam cathedram pestilentia, non esse de Dei ordinatione asseuerauimus, etiam eorum qui extra Ecclesiam, vel contra Ecclesiam, sedes sibi instituerunt, cathedram pestilentia dicimus. Qui enim inconcessa præsumit, reus est, quanto magis si & corrumpat traditionem eius, cuius sedem vsurpat? Nam & ordinem ab Apostolo Petro cœptum, & vsque ad hoc tempus per traducem succedentium episcoporum seruatum perturbant, ordinem sibi sine origine vendicantes, hoc est, corpus sine capite profitentes, vnde congruit etiam sedem eorum,

DE  
orum,  
Nec er  
dei no  
suas ill  
Non e  
locū v  
Chore  
per pr  
hiatu t  
gem c  
in fron  
Rectè  
coporu  
ex præ  
est ver  
dotum  
hac suc  
tas est  
lorum  
succes  
ad hæc  
tem ad  
tram n  
ment, e  
clarissi  
propria



orum, cathedram pestilentiae appellare. Nec enim ideo impune erit, quia sub dei nomine hoc agunt. Constat enim suas illos causas sub Dei nomine agere. Non enim zelo Dei hoc agunt, sed sibi locum volentes defendere, Cum sciamus Chore & ducentos quinquaginta viros per presumptionem Deo offerentes, hiatu terrae absorptos esse, & Oziam regem cum deo illicitè obtulisset, lepra in fronte percussum: haec tenus ille.

Rectè diximus hanc successionem episcoporum in Romana Ecclesia, esse unam ex praecipuis notis Ecclesiae. Nam ibi est vera Ecclesia, ubi est legitima sacerdotum & Episcoporum successio, & ab hac successione semper doctrinae veritas est petita. Ibi enim doctrina apostolorum est, ubi est legitima Episcoporum successio, à temporibus apostolorum, ad hæc usque nostra. Quantumlibet autem aduersarij (qui hanc Ecclesiam nostram negant, quia eam non habent, reclamant, est tamen nihilominus omnium clarissima Ecclesiae nota, & ei maxime propria est habenda, quamque patres semper

*Ecclesiae  
clarissima  
nota, est E  
piscoporum  
successio.*

G per

IOANN. SLOT. GEF.

per agnouerunt. Porro retulimus quædam solidissima fundamenta primatus Petri, sed possunt adnotari multo plura. Quod sanctissimus martyr Ioannes Roffensis Episcopus, in confutationem vigesimi quinti articuli Lutheri contra primatū Romani pontificis, diligenter facit, multos locos sacre scripturæ producens, quibus primatus Petri veritatē ostēdit. Quē nos magna ex parte sequuti, in li. disputationum nostrarū aduersus hæreticos, & præcipuè in propugnatione interrogationis quintæ, Velsio hæretico à nobis ppositæ, easdem scripturas expendimus & explicauimus, ita vt iam viginti duo loca enumerare possimus. Primo Christus vni Petro, regni sui clauēs promisit. Matt. 16. Secundo vni Petro dictum est, vt fratres confirmaret. Luc. 22. Tertio soli Petro dictū est: pasce oues meas, pasce agnos meos. Ioan. 21. Quarto, Christus singulariter dixit Petro: Sequere me. Ibidem. Quinto Petrus solus in mare se misit, & venit ad Iesum. Ibidē. Sexto solus Petrus post Christū, ambulauit sup aquas. Mat. 14.

Septimo,

Primatū  
Petri. 22  
scriptura-  
rum loca  
compro-  
bant

DE  
Septim  
phā &  
ter apo  
stus Pe  
terra re  
ultima  
trū, lot  
decimo  
trus sol  
iunctus  
trū noī  
onis nū  
tio, pos  
tro citi  
Decim  
Euang  
express  
currere  
Christi  
subrog  
rei gest  
septimo  
conciō  
Petrus,  
nauit. I  
as & Sap

DE RETI. FIDE ORTH. 44

Septimo, vnicū Petrum appellauit Cephā & Petrū, Octauo Petrus primus inter apostolos nominatur. Nono, Christus Petri nauē ascendit. & rogauit eū à terra reducere pusillū. Decimo Chrs in vltima cœna, venit primo ad Simonē Petrū, lotur<sup>9</sup> pedes apostolorū suorū. Vndecimo, in soluendo didrachmate, Petrus sol<sup>9</sup> præ cæteris apostolis, Chro ad iunctus fuit. Duodecimo, angelus ad petrū noīatim, mulieres dñicæ resurrectionis nūcias, misit. Mar. vlt. Decimo tertio, post resurrectionē suā Christus Petro citius quam alijs apostolis apparuit. Decimo quarto, tā inūgnē Petri lapsū, Euangelistæ, non sine causa, tāto studio expresserūt. Decimo quinto, cū Ioēs pcurreret, Petrus tamen primo sepulchū Christi est ingressus. Decimo sexto, in subrogatiōe S. Mat. apost. Petrus toti<sup>9</sup> rei gestæ, autor fuit præcipuus. Decimo septimo, in die pētecostes, solus Petrus concionē habuit. Decimo octauo, solus Petrus, licet adesset Ioannes, claudū sanauit. Decimo nono, Petri iussu, Ananias & Saphira subito moriunt. Vigesimo,

G 2 Petri

Marc. 2.

Ioan. 1.

Matt. 16.

Marc. 10.

Marc. 3.

Luc. 6.

Luc. 5.

Ioan. 13.

Matt. 27.

Luc. 24.

Matt. 26.

Marci 14.

Luce 22.

Ioan. 10.

Act. 1.

Acto 2.

Acto. 30.

Acto.

IO ANN. SLOT. GEF.

Petri miracula singulariter, præ cæterorum miraculis describuntur. Act. 5. Vigesimo primo. Solus Petrus in Cæsarea visionem vidit de gentium vocatione, ac admissione ad fidem, Vigesimo secundo ac ultimo. In synodo Hierosolymitana, suam sententiam Petrus primū dixit. Act. 15. Has viginti duas prærogativas Petri, quas ex scripturis colligimus, comprehendimus sub quindecim, in libro paulo ante citato, quemadmodum diligenter legenti, patebit.

CPVT VI.

**P**orro quoniam hæc ita se habent. Idcirco de hac ecclesia Romana, patres tam magnifice sunt loquuti, Vnde Irenæus li. 3. c. 3. aduersus hereses, Romanam ecclesiam vocat maximam & antiquissimam & omnibus cognitā, à gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo Romę fundatam & constitutam. Adhanc (inquiens) Ecclesiam, propter potentiolem principalitatem, necesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt vndique fideles, in qua semper ab his qui sunt vndiq; conser-

uata

D  
uata et  
tio. H  
tyr &  
mana  
postol  
nostro  
ato Pet  
&c. H  
mus m  
epist. 2  
manam  
minata  
nam, en  
nam, la  
datam  
Hinc c  
hæc fa  
ter om  
fia, qu  
à tram  
quam  
nouita  
vt in ex  
percep  
rum C  
nus ma

DE RETI. FIDE ORTH. 45

uata est ea, quæ est ab Apostolis tradi-  
 tio. Hinc & Anacletus beatissimus mar- Dist 21 c.  
 tyr & pontifex, ait: Hæc sacro sancta Ro- sacro san-  
 mana & Apostolica ecclesia, non ab A-  
 postolis, sed ab ipso Domino saluatore  
 nostro primatū obtinuit, sicut ipse be-  
 ato Petro Apostolo dixit: Tu es Petrus,  
 &c. Hinc est etiam quod præclarissi-  
 mus martyr & Episcopus Ignatius in  
 epist. 2. quæ est ad Romanos, dicit Ro-  
 manam Ecclesiam sanctificatam & illu-  
 minatam in voluntate Dei, Deo dig-  
 nam, eminentia dignā, beatitudine dig-  
 nam, laude dignam, fide dignam, & fun-  
 datam in dilectione & fide Christi.  
 Hinc quoq; Lutus martyr & pōtifex, 24. q. 1.  
 hæc sancta (inquit) & Apostolica, ma-  
 ter omnium ecclesiarum Christi Eccle-  
 sia, quæ per Dei omnipotentis gratiam,  
 à tramite Apostolicæ traditionis, nun-  
 quam errasse probatur, nec hæreticis  
 nouitatibus deprauanda succubuit, sed  
 vt in exordio normam Christianæ fidei  
 percepit, ab autoribus suis Apostolo-  
 rum Christi principibus illibata fide te-  
 nus manet, Audis hic Petri sedem nun-  
 uata

IO ANN. SLOT. GEF.

quam à tramite veritatis aberrasse, nec hæreticis prauitatibus deprauandam succubuisse, sed in illibata fide, quam in exordio fidei Christianæ percepit, perstitisse hæctenus. Quæ verba veritatem habent, etiam ad nostra hæc tempora relata. Nam hæc Petri sedes adhuc vsque diem, absque aliqua hæreseos nota, manet inuiolata, solidiorq; saxo quo libet ipsa perdurat, Et. 24. q. 1. habentur multi canones, quibus ostenditur Romanam ecclesiam, nunquam in hæresim cecidisse. Vnde D. Ber. epist. 190. ad Innocentium papam. Oportet (inquit) ad vestrum referri apostolatum, pericula quæque & scandala emergentia in regno Dei, ea præsertim quæ de fide contingunt. Dignum namq; arbitror, ibi potissimum refarciri damna fidei, vbi non possit fides sentire defectum. Hæc quippe huius prærogatiua sedis. Cui enim alteri aliquando dictum est, ego pro te rogavi Petre, vt non deficiat fides tua? Ergo quod sequitur, à Petri successore exigitur: Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Audis sententia

D. Ber.

Luc. 22.

DE  
D. Ber.  
que, p  
cium f  
da esse  
manæ  
tire d  
mus i  
statur  
ptam p  
cespiti  
minis  
re. D.  
Corn  
manar  
de vni  
epist.  
vocat  
tur, v  
dicens  
lianu  
licem  
tam d  
suo p  
minic  
exitu  
stea q

DE RETI. FIDE ORTH. 46

D. Bernardi pericula & scandala quæque, præcipuè quæ sunt de fide, ad iudicium summi pontificis Romani referenda esse, & hanc esse prærogatiuam Romanæ sedis, vt ibi non possit fides sentire defectum. D. quoque Hieronymus in epist. ad Damasum papam, testatur apud Romanos solos in corruptam patrum seruari hæreditatem. Ibi cespite terram fœcundo, dominici feminis puritate, centenos fructus referre. D. quoq; Cyprianus li. 1. epist. 3. ad Cornelium, vocat Petri cathedram Romanam ecclesiã, principalẽ ecclesiã, vnde vnitas sacerdotalis exorta sit. Et li. 4. epist. 8. Romanam ecclesiam, matricem vocat ecclesiarum, vnde & alios hortatur, vt Ecclesiæ Catholicæ matricẽ & radicem, agnoscerent ac tenerent. Tertulianus etiã in li. de præscrip. hæreti. fœlicem vocat Romanam Ecclesiã, cui totam doctrinam, apostoli cum sanguine suo profuderint, vbi petrus passioni dominicę adæquatur, vbi Paulus Ioannis exitu coronatur, vbi apost. Iohãnes postea quã in oleũ igneũ demersus, nihil

IOANN. SLOT. GEF.

passus est, in insulam relegatur. Idem in eodem libro diligenter inculcat & monet, apostolicas cathedras requirendas esse, harum doctrinam traditionemq; amplectendam contra hæreticos. Sed & D. Hieronymus in epist. ad Theophilum, dicit Romanam fidem apostolico ore laudatam, cuius se esse participem, Alexandrina Ecclesia gloriatur. Hic quantum Romanę sedi censeat deferendum, vel inde luculenter ostendit quòd quum Romanus ipse non esset, tamen apertè fateretur satis sibi esse, si suam fidem, quibus suis improbantibus aliis, comprobaret papa Romanus: Mihi (inquit) in iā citata epist. cathedram Petri, & fidem apostolico ore laudatā, censei consulendam, inde nunc animę meę postulans cibum, vnde olim Christi vestimenta suscepi. Et iterū: Ego (inquit) nullum primum nisi Christū sequens, beatitudini tuę. i. cathedrę Petri communionē consocior, super illā Petram ædificatam Ecclesiā scio, Quicumq; extra hanc domum agnum comederit, prophanus est: Si quis in arca Noe non

24.4. lib.  
can hæc  
est fides.

DE  
non f  
Quid  
erudi  
tis in  
des c  
ferme  
it in a  
D. At  
bis ep  
quit,  
torita  
eccle  
creat  
perci  
mur,  
vestr  
mor  
nost  
erue  
obsc  
bis e  
trem  
rum  
sum  
subl  
sacr



non fuerit, peribit regnante diluuiō.  
 Quid Leonem Papam sanctissimum &  
 eruditissimum cōmemorem, qui mul-  
 tis in locis, huius ecclesiæ & fidei lau-  
 des concelebrat, peculiariter verò in  
 sermone secundo & tertio, quos habu-  
 it in aniuersario die ordinationis suæ?  
 D. Athanasius ad Marcum Romanæ vr-  
 bis episcopum scribens: Optamus, in-  
 quit, vt à vestræ sanctæ sedis ecclesię au-  
 toritate (quæ est mater & caput omniū  
 ecclesiarum) ea ad correctionem & re-  
 creationem fidelium orthodoxorum  
 percipere, per præsentēs legatos mereā-  
 mur, quatenus vestra fulti autoritate,  
 vestrisque precibus roborati, illesi à me-  
 moratis æmulis sanctæ dei ecclesiæ &  
 nostris, euadere, nobisque commissos  
 eruere valeamus. Quibus verbis haud  
 obscure indicat, imò euidētibus ver-  
 bis exprimit, Romanam Ecclesiam ma-  
 trem & caput esse omnium Ecclesia-  
 rum. Et Innocentius 3. Spōsus, inquit,  
 sum, quia habeo nobilem, diuitem, &  
 sublimem, decoram, castam, gratiosam,  
 sacro sanctam Romanam ecclesiā, quæ  
 G 5 dispo-

IOANN. SLOT. GEF.

disponente Deo, cuctorum fideiũ ma-  
ter est & magistra. Hæc est Sara maturi-  
or, Rebecca prudentior, Lia scœcundi-  
or, Rachel gratiosior, Anna deuotior,  
Susanna castior, Judith animosior, Edif-  
sa formosior. Multæ filiæ congregaue-  
runt diuitias, hæc autem sola supergres-  
sa est vniuersas. Cæterum si adhuc mo-  
dum horum patrum aut aliorum senten-  
tias pro autoritate cathedræ Romanæ  
in medium adferre libitum esset, non  
dubium quin multo plures produce-  
re possemus.

CAPVT VII.

**S**ed fortasse horum patrum senten-  
tias, & Romanæ Ecclesiæ præconijs  
quidam aut inuidi aut increduli obie-  
ctabant, atque hunc fermè in modũ ob-  
strepere non cessabunt: Quis negat (di-  
cent) Ecclesiam Romanam à summis il-  
lis viris collaudatam pro meritis suis,  
quando laude dignissima fuit, eò quòd  
põtifices haberet doctissimos pariterq;  
sanctissimos, clerum florentissimũ, &  
populum modestissimum? At nunc,  
quando Romana curia facta est om-  
nium

nium malorum lerna, quando in ea tot tamque horrenda conspiciuntur scandala, quando tam multi cernuntur abusus, quis eius tam inepta ferat patienter præconia? quis patientibus auribus audiat tam insulas laudes? Quasi nos vitiorum atque abusu, patroni potius esse statuissemus, quam veritatis atque dignitatis. Non enim hæ laudes ipsos Ecclesiæ Romanæ, pontifices homines respiciunt, sed potius autoritatem, dignitatem atque prærogatiuam, quam illa Ecclesia à Christo in Petro accepit. Quòd si quid vitij inest hominibus, propterea non continuò potestate priuantur atque dignitate quam acceperunt. Nisi fortè velimus reuocare articulos damnatos Ioannis Vvicleui & Ioannis Hus, volentium papam malum non habere potestatem super fideles, nec caput esse Ecclesiæ, imò nec membrum illius. Quod tam longè abest à nobis, quàm certò scimus eosdem in Concilio Constantiensi fuisse dånatos quàm iustissime. Siquidè Iudas Apost. licet esset fur & p̄ditor domini sui, tamen quamdiu vixit,

Ministri  
mali pro  
pter mali-  
tiam non  
amittunt  
ordinis po-  
testatem.

IOANN. SLOT. GEF.

vixit, apostolatus dignitate exutus nō est. Et Cayphas, tametsi esset pessimus, & qui pecunia Pontificatum sibi comparauerat, non tamen idcirco Pontifex non fuit. Petrus post acceptas clauas apud Matthæum c. 16. peccauit, quia audiuit, Vade post me Sathana, & postea negauit Christum, non tamen idcirco primatum amisit. Et apostoli cæteri post electionem suam ad officium apostolatus, imò post acceptas clauas apud Matthæum cap. 18. peccauerunt, quia in passione domini fugerunt: & Thomas credere noluit, & tamen apostoli permanserunt. Et inter septem Diaconos vnus Nicolaus, non modò impietate hæretica, sed etiam vita (vt aiunt) execrabilis fuit, & tamen diaconus permansit. Non enim potestatem suam ob peccata quædam amittunt. Deformat quidem dignitatem eorum vita corrupta, verùm nequaquam tollit aut extinguit eorum quam habent in officio potestatem, neque ipsarum sedium (quibus præsident) auferunt prærogatiuam. Aliud (inquit sanctissimus

DE  
mus &  
ad A  
Episc  
Anth  
sunt f  
fa non  
tamen  
& si p  
tassis  
sunt r  
propt  
dit di  
ius an  
impie  
tæ ec  
Petri  
tuit  
nus li  
Quin  
fet, di  
vend  
Dau  
lentia  
enim  
feder  
D. A

DE RETI. FIDE ORTH. 49

mus & eruditissimus Papa Leo epist. 53. ad Anatholium Constantinopolitanū Episcopum. Et epist. 62. ad Maximum Anthiochænum episcopum scribens) sunt sedes, aliud præfidentes. Et si diuersa nonnunquam sunt merita præfulum, tamen iura permanent sedium, quibus & si possunt emuli perturbationem fortassis aliquam inferre, non tamen possunt minuere dignitatem. Neque enim propterea Alexandrina Ecclesia, perdidit dignitatem suam, quia Dioscorus eius antistes multa impiè gesserat, & in impietate manebat: neque splendor tantæ ecclesiæ (quæ à beato Marco beati Petri discipulo fundata est) tenebris potuit obscurari alienis. Et D. Augustinus lib. 2. cōtra literas Petiliani cap. 51. Quum enim Petilianus nostris obiecisset, dicens: Si cathedram vobis miserivendicatis, habetis illam profectò quã David Propheta psalmographus pestilentia cathredam pronunciauit: vobis enim iustè relicta est, quia in ea sancti sedere non possunt. Adhæc respondit D. Augustinus: Hæc non vides, ali qua

Sedibus suis non derogat mali præfidentes.

IOANN. SLOT. GEF.

liqua esse documenta, sed vana conu-  
 tia. Hoc enim est illud, quo paulò an-  
 tè dixi: Verba legis dicitis, sed in quos  
 dicatis non attenditis: sicut diabolus  
 verba legis dicebat, sed cui diceret nõ  
 agnoscebat. Ille caput nostrum sur-  
 sum ascensurum, deorsum volebat de-  
 ijcere, vos autem corpus eiusdem ca-  
 pitis, quod per totam terram diffusum  
 est, ad exiguam partem vultis redige-  
 re. Certè ipse paulò antè dixisti, nos  
 legem nosse & legaliter loqui, sed in a-  
 ctibus erubescere. Dicis quidem ista  
 nihil probans. Sed & si de aliquibus  
 probares, de his cæteris non perscribe-  
 res. Veruntamen si omnes per totum  
 orbem tales essent, quales vanissimè cri-  
 minaris, cathedra tibi quid fecit Eccle-  
 siæ Romanæ, in qua Petrus sedet, & in  
 qua hodie Anastasius sedet, vel Eccle-  
 siæ Hierosolymitanæ, in qua Iacobus se-  
 dit, & in qua hodie Ioannes sedet, quib.  
 nos in catholica vnitæte cõnectimur,  
 & à quibus vos nephario furore separa-  
 stis? Quare appellas cathedrã pestilen-  
 tiæ, cathedrã apostolicã? Si propter ho-  
 mines

sup

D  
 mine  
 cere,  
 pter  
 nim,  
 sedeb  
 lam c  
 & illo  
 guit?  
 si sed  
 faciu  
 non f  
 pter  
 mare  
 mun  
 dicer  
 Ha  
 aut  
 quac  
 pact  
 offic  
 bi m  
 tiuas  
 rij ill  
 hil p  
 posse  
 Adh

est

DE RETI. FIDE ORTH. 50

mines, quos putas legem loqui, & nō fa-  
cere, nunquid dñs Iesus Christus, pro-  
pter Pharifæos, de quibus ait: Dicunt e-  
nim, & non faciunt, cathedræ, in qua  
sedebant vllam fecit iniuriam? Nōne il-  
lam cathedram Moyū commendauit,  
& illos seruato cathedræ honore redar-  
guit? Ait enim: Super cathedram Moy-  
si sedent, quæ dicunt facite: quæ autem Matt. 23  
faciunt, facere nolite: dicunt enim &  
non faciunt. Hæc si cogitaretis, non p-  
pter homines, quos infamatis, blasphe-  
maretis cathedrā apostolicā, cui nō cō-  
municatis. Sed quid est aliud q̄ nescire  
dicere, & tñ non posse nisi maledicere?  
Haftenus ille. Sic itaq; propter vitia  
aut scandala quædā (quibus tamē haud  
quaquam patrociamur, quæq; nullo  
pacto defendimus) nō cōtinuō amittūt  
officij sui potestātē, neq; vitia aut im-  
bi mores præfidentiū, tollunt præroga-  
tiuas sediū. Si tñ vera sunt quæ aduersa-  
rij illis adfingunt. Dicunt multa, sed ni-  
hil probāt, sed & si de aliquibus pbare  
possent, de his tñ ceteris nō p̄scriberēt.  
Adhęc idcirco credim⁹ eos cōuitijs &  
maledi-

IOANN. SLO T. GEF.

dictis agere, quòd videant se superatos  
veritate. Etenim quoniam veritatem,  
quam tenemus & defendimus, vident  
tanta firmitate roboratam, & tanta lu-  
ce illustratam, vt quid contra eam di-  
cendum sit, quo conuicta refelleretur,  
non inueniant, conuictijs, calumnijs, mè-  
dacijsque agunt, vt nostri ijs permoti  
& territi, susceptam causam deserant, &  
apud rudem plebem soli videantur vi-  
ctores. Sed de his haectenus.

CAPVT VIII.

Vnio Ec-  
clesiæ du-  
plex est.

Matt. 25

ibidem

**N**Vnc de ipso vinculo vnionis &  
paci dicturi, de ipsa Ecclesiæ vn-  
ione distinctionem præmittemus. Est  
enim vnio Ecclesiæ duplex: Vna quæ  
est per fidem, per quam omnes fideles  
sunt grex sub vno pastore. Et hæc est il-  
la Ecclesia, quæ in Euangelio aliquan-  
do comparatur sagenæ missæ in mare,  
& ex omni genere piscium congregan-  
ti: aliquando decem virginibus, è qui-  
bus quinque erant fatuæ, quinque pru-  
dentes. Et hanc vnionem rumpit hære-  
ticus. Alia autem est vnio, quæ fit per  
charitatem, per quam tanquam per iun-

Eturas

DE  
Eturas  
capit  
modo  
tate ch  
dilige  
sma(q  
tinè so  
Nam fa  
schism  
nulla h  
sed cre  
trem, f  
tenet l  
subden  
piti co  
vnione  
cipuè  
(hæc e  
est per  
secro(i  
mini n  
catis or  
mata. S  
fu, & in  
secro v  
qua vo



DE RETI. FIDE ORTH. **Si**

Eturas membra iunguntur, nimirum ut  
capiti suo Christo cohæreant. Et hoc  
modo vnitas Ecclesiæ, consistit in vni-  
tate charitatis, qua membra inuicem se  
diligunt, & Deum. Et huic vnioni, schi-  
sma (quod scissuram siue diuisionem la-  
tinè sonat) repugnat, eamque diuidit.  
Nam sæpenumero euenit, ut quispiam  
schismaticus dicatur & sit, qui tamen  
nulla hæreseos macula notari potest,  
sed credat Ecclesiam esse omnium ma-  
trem, fidemque teneat, quam catholica  
tenet Ecclesia, licet recuset capiti sese  
subdere, & membris alijs coniungi ca-  
piti cohærentibus. Porro ad vtramque **Vnio ut**  
vnionem tenaciter conseruandã, præ- **conserua-**  
cipuè tamen eam quæ est per charitatẽ **ri possit,**  
(hæc enim prærequirit vnionem, quæ **quæ sint**  
est per fidem) audiamus apostolũ. **necessaria**  
**1, Cor. 2.**  
Obsecro (inquit) vos fratres, per nomen do-  
mini nostri Iesu Christi, ut id ipsum di-  
catis omnes, & non sint in vobis schif-  
mata. Sitis autem perfecti, in eodẽ sen- **Eph. 4**  
su, & in eadem scientia. Et iterum: Ob-  
secro vos ut dignè ambuletis, vocatiõẽ  
qua vocati estis, cum omni humilitate

H &

IOANN. SLO. GEF.

& māsuetudine, cum patientia suppor-  
tantes inuicem in charitate. Solliciti ser-  
uare vnitatem spiritus in vinculo pa-  
cis. Vnum corpus, & vnus spiritus, sicut  
vocati estis in vna spe vocatiōis vestræ.  
Vnus dominus, vna fides, vnum bap-  
tisma. Vnus Deus & pater omnium, qui  
super omnes & per omnia, & in omni-  
bus nobis. Vnicuique autem nostrūm  
data est gratia, secundum mēsuram do-  
nationis Christi, &c. Et ipse dedit, quos-  
dam quidem Apostolos, quosdam autē  
prophetas, alios verò Euangelistas, a-  
lios autem pastores & doctores, ad con-  
summationem sanctorū in opus mini-  
sterij, in ædificationem corporis Chri-  
sti, donec occurramus omnes in vnita-  
tem fidei, & agnitionis filij Dei, in virū  
perfectum, in mensuram ætatis, plenu-  
dinis Christi, vt iam non simus paruu-  
li fluctuantes, & circumferamur omni-  
vento doctrinæ, in nequitia hominum,  
in astutia, ad circunventionem erroris.  
Veritatem autem facientes in charitate  
crescamus in illo per omnia, qui est ca-  
put Christus, ex quo totū corpus cōpa-

ætum

ætum  
ram s  
ration  
memb  
ædific  
verbis  
prohib  
ne spin  
deles?  
vnitati  
dignè  
ti sum  
incedi  
te & m  
portan  
nim pa  
animo  
etudo,  
tia, con  
rant, q  
Hanc a  
id secta  
quod v  
corpus  
pul°, qa  
ditur, q

DE RETI. FIDE. ORT. 52

Etum & cōnexum per omnem iunctu-  
 ram subministrationis secundum ope-  
 rationem in mensuram vniuscuiusque  
 membri augmentum corporis facit in  
 ædificationem sui in charitate. Quibus  
 verbis quid aliud quàm dissensionem  
 prohibet, & charitati studendū monet,  
 ne spiritum vnitatis & pacis amittant fi-  
 deles? Porrò dissensionem vitamus, &  
 vnitati atq; charitati studemus, quando  
 dignè ambulamus vocatione qua voca-  
 ti sumus, recte q; in præceptis domini  
 incedimus, quando cum omni humilita-  
 te & mansuetudine cum patientia sup-  
 portamus inuicem in charitate. Hæc e-  
 nim pariunt concordiam atq; vnitatem  
 animorum. Perturbatio autem & inqui-  
 etudo, superbia, iracundia & impatien-  
 tia, contentionem & discordiam gene-  
 rant, quæ corrumpunt fœdera pacis.  
 Hanc autem vnitatem spiritus, vel ob  
 id sectandam & amplectendam docet,  
 quod vnum corpus simus, vt quia vnū  
 corpus est ecclesia, vnum etiã sapiat po-  
 pulus, quia vna est fides, hoc est, vnū qd' cre-  
 ditur, quia vnus spiritus, vna spes voca-  
 tionis

H 2

IOANN. SLOT. GEF.

tionis nostræ, vnus dominus, vnum ba-  
 ptisma, vnus Deus & pater omnium.  
 Quia itaque hæc omnia, quæ enumerat  
 vnitatis sunt, vnus debet esse & animus  
 populi vt in nullo dissentiat. Porrò vt  
 hæc vnitas, melius illibata & impertur-  
 bata perpetuo & forti connexionis vin-  
 culo perseverare possit, dedit unicuique  
 nostrum gratiam, secundum mensuram  
 donationis Christi: & cum hoc etiam  
 dedit quosdam Apostolos, & cæteros,  
 quos enumerat vsque ad consummati-  
 onem seculi, vt non simus sicut paruu-  
 li fluctuantes. Vbi planè docet, diuersa  
 & varia in Ecclesia data esse dona, diuer-  
 sos & varios in Ecclesia status & gra-  
 dus constitutos, ad prædictam scilicet  
 vnitatem Ecclesiæ conseruandam, vt v-  
 nusquisque suo officio intentus, ad ec-  
 clesiæ ædificationem laboret. Nã huius-  
 cemodi officia, ordines, & ministeria,  
 ob id sunt in Ecclesia, vt prouehantur  
 & cõsummentur fideles (qui fidei sacra-  
 mēto initiati & à peccatis mundati, san-  
 cti vocantur) ad salutem & in ædifica-  
 tionem corporis Christi, vt scilicet per  
 eos

1, Cor, 12

Eph 4

Vnitas Ec-  
 clesiæ vt  
 conserua-  
 ri possit,  
 necessari-  
 us est or-  
 do in ea

DE  
 eos qu-  
 nes hab-  
 numer-  
 eorum  
 na & pr-  
 vnanim-  
 nam fa-  
 consum-  
 ob salu-  
 in eccl-  
 seculi. M-  
 siæ vni-  
 rare vo-  
 locum  
 one suc-  
 singuli  
 quit) in-  
 sunt, ne-  
 clesiam  
 ter epif-  
 ciæ, vnu-  
 politan-  
 triarch-  
 quorum  
 Petri, vi-  
 mas iud-

DE RETI. FIDE ORT. 53

eos qui in Ecclesia eiusmodi functiones habent, populus Christi merito & numero ipsis ducibus augeatur, & ut pro eorum curam & ministerium in fide sana & probatis operibus Christi fideles unanimiter perseuerent, donec ad æternam salutem spiritualiter salubriterque consummantur. Hæ autem functiones ob salutem Christi fidelium, durabunt in ecclesia vsque ad consummationem seculi. Nam quia Christus hanc ecclesiæ vnitatem in hierarchico ordine durare voluit vsque ad finem, idcirco in locum apostolorum diuina dispensatione successerunt episcopi, qui singuli singulis ecclesijs (vt D. Hieronymus inquit) in schismatis remedium prepositi sunt, ne vnusquisque ad se trahens Ecclesiam Christi, vnitatem rumperet. Inter episcopos quoque cuiusque prouinciæ, vnus Archiepiscopus, qui Metropolitanus, & inter metropolitanos patriarchæ seu Primates constituti sunt, quorum Romanus, veluti cathedram Petri, vicaria successione obtinens, primas iudicatus est, nõ quod dignitate sacer-

H 3      dota-

Vnitas Ec-  
clesiæ cer-  
tissima est  
nota illius

Ioan 17

dotali cæteros antecelleret, sed magis  
amplitude sollicitudinis, & præro-  
gatiua iurisdictionis, vt ecclesiæ vnitas  
conseruaretur, anteiret. Nam (quemad-  
modum suprâ ex D. Cypriano attuli-  
mus) ab hac Petri cathedra, Rom. scili-  
cet ecclesia, vnitas sacerdotalis exorta  
est. Hæc vnitas, certissimum est signum  
Ecclesiæ, & præcipua dos atque nota,  
quo catholica ecclesia, dinoscitur ab he-  
retica, & sathanę synagoga, q̄ quoties  
nomē charitatis & vnitatis audit, toties  
sibi suam diuisionē exprobrari putat.  
Sed tñ nihilominus, reclamatione licet syna-  
goga perfidiæ, certissimū & maximè  
propriū ecclesiæ signum est vnitas, nō  
carnis, sed spiritus, ad quā hortatus est  
Paulus (vti dictum est) & quam Chri-  
stus summo studio nobis commenda-  
tam voluit, dicens ad patrem: Pater  
sancte, serua eos in nomine tuo, quos  
dedisti mihi, vt sint vnum sicut & nos.  
Et paucis interpositis: Non pro eis (in-  
quit) rogo tantū, pro eis qui cre-  
dituri sunt per verbum eorum in me,  
vt omnes vnum sint, sicut tu pater in  
me,

DE RETI. FIDE ORTH. 54

me, & ego in te, vt & ipsi in nobis  
 vnum sint. Quid enim aliud hisce ver-  
 bis precatus est, quàm vt vnum cum  
 ipso, & vnum inter nos essemus? quia  
 non pro ijs tantùm rogauit, qui tum  
 præsentibus aderant, verùm & pro ijs, qui  
 credituri essent per sermonem eorum  
 quotquot in præsentibus crederent, quot  
 quot posteris etiam ætatibus, alij per  
 alios essent credituri: pro his omnibus,  
 inquam, orauit, vt omnes vnum essent  
 ex vniuersis, qui continua successione  
 Euangelium scripturi erant, vnâ con-  
 gregatione constituens, quæ propterea  
 Catholica, hoc est, vniuersalis Ecclesia  
 nominatur, vt quæ non in aliqua orbis  
 parte, sed in vniuerso orbe: neq; ad cer-  
 tum aliquod tempus, sed ad consum-  
 mationem vsque seculi, ex omnium ho-  
 minum nationibus esset cõgreganda ad incõ-  
 phensibile inter sese, & cū ipso vnionem.  
 Quã quo diligentius inter nos retinere  
 studerem, nõ solũ vinculum illius pacis,  
 legare nobis testamẽto, sed & mortem tã  
 acerbã & ignominiosam pro nobis sub-  
 ire dignatus est. Nã mortis eius nõ alia

H 4 fuit

ioan. 17  
ioan. 17

Vuitas per  
episcopos  
fouenda,  
vindican-  
da & tuen-  
da est

Cypri lib.  
3. epist. 11

## IOANN. SLOT. GEF.

fuit causa, quam ut filios Dei, qui erant dispersi congregaret in vnum. Hanc itaque Ecclesiam profiteamur vnam, ut quicquid præter vnam est Ecclesiam, Sathanæ synagoga, non ecclesia possit nuncupari.

### CAPVT IX.

**P**ORRò quamdiu hæc vnitas, atque hic ordo custoditur, & per legitimam successionem & industriam episcoporum ac sacerdotum conseruatur, tamdiu vinculum istud charitatis, omnibus charismatibus supereminens imprimis firmatur. Notanter diximus siue adiecimus, & per legitimam successionem & industriam episcoporum ac sacerdotum conseruatur, eò quòd ab episcopis maximè ( qui in Ecclesia apostolorum loco præsent ) hæc vnitas firmiter tuenda & vindicanda sit, quæ admodum D. Cyprianus lib. 3. epist. 13. & lib. 2. epist. 10. & in tractatu 3. de simplicitate prælatorum diligentissimè inculcat, dicēs: Idcirco copiosum est corpus sacerdotū, cōcordiæ mutuę glutino atq; vnitatis vinculo copulatū, ut si quis

D  
quis  
& gr  
tenta  
pasto  
mini  
Hanc  
re, &  
scopi  
pisco  
diuis  
menc  
perfi  
scopa  
lidū  
in mu  
cund  
mult  
arbo  
radic  
riui p  
cet d  
largi  
gine  
uifio  
bore  
non



quis ex collegio nostro hæresim facere, & gregem Christi lacerare & vastare tentauerit, subueniant cæteri, & quasi pastores vtilis & misericordes, oues dominicas in gregé colligant. Et iterum.

Hanc vnitatem (inquit) firmiter tenere, & vindicare debemus, maximè Episcopi, qui in Ecclesia præsidemus, vt episcopatum quoq; ipsum, vnum atq; indiuisum probemus. Nemo fraternitatē mendacio fallat, nemo fidei veritatem, perfida præuaricatione corrumpat. Episcopatus vnus est, cuius à singulis in solidū pars tenetur. Ecclesia vna est, quæ in multitudinem latius incremento cunctitatis extenditur, quomodo solis multi radij, sed lumem vnum, & rami arboris multi sed robur vnum, tenaci radice fundatum. Et cum de fonte vno, riuui plurimi defluunt, numerositas licet diffusa videatur exundantis copię largitate, vnitas tamen seruatur in origine. A uelle radium solis à corpore, diuisionem lucis vnitas non capit. Ab arbore frange ramum, fractus germinare non poterit. A fonte præcide riuum,

Cyp. in tract. de simplici prælatorum.

Vnitas Ecclesie similitudinebus probatur.

H 5 præcisus

IOANN. SLOT. GEF.

præcisus arefcet: Sic & Ecclesia domini  
luce perfusa, per orbem totum radios  
suos porrigit, vnum tamen lumen est  
quod vbique diffunditur, vnitas corpo-  
ris separatur, ramos suos in vniuersam  
terram copia vbertatis extendit, proflu-  
entes largiter riuos latius expandit, v-  
num tamen caput est, & origo vna, & v-  
na mater fœcunditatis successibus copi-  
osa, Illius fœtu nascimur, illius lacte nu-  
trimur, spiritu eius animamur. Adulte-  
rari non potest sponsa Christi, incorru-  
pta est & pudica. Vnam domum nouit,  
vnus cubiculi sanctitatem, casto pudore  
custodit. Hæc nos Deo seruat, hæc fi-  
lios regno, quos generauit assignat. Et  
in præcedentibus perfectius ad huc decla-  
rans, quomodo in hoc ecclesiasticæ vin-  
culum vnionis consistat, vt ad caput &  
originem recurratur, Hoc eo fit (inquit)  
fratres dilectissimi, dū ad veritatis ori-  
ginem non reditur, nec caput quæritur  
nec magistri cœlestis doctrina serua-  
tur. Quæ si quis consideret & examinet  
tractatu longo atque argumentis opus  
non est. Probatio est ad fidem facilis,  
compen-

Vnitas Ec-  
clesiæ à ca-  
pite quæ-  
renda.

DI  
comp  
nus ad  
quia  
ædifi  
feror  
clau  
super  
& qu  
runt  
furre  
as. Et  
resur  
tribu  
ego n  
ctum  
tur i  
men  
eiusd  
sua au  
q; &  
pari c  
testat  
ciscit  
Quan  
co C  
sona

DE RETI. FIDE ORTH. 56

compendio veritatis. Loquitur dominus ad Petrum: Ego dico tibi (inquit) **Matt. 16**  
quia tu es Petrus, & super istam petram  
ædificabo ecclesiam meam, & portæ in  
ferorum non vincunt eam. Tibi dabo  
claves regni cælorum, & quæ ligaueris  
super terram, erunt ligata & in cælis.  
& quæcunque solueris super terram, e-  
runt soluta & in cælis. Et eidem post re-  
surrectionem suâ dicit: Pasce oues me-  
as. Et quamuis Apostolis omnibus post  
resurrectionem suam, parem potestatem **Ioan. 21**  
tribuat & dicat: Sicut misit me pater &  
ego mitto vos, accipite spiritum san- **Ioan. 20**  
ctum, si cui remiseritis peccata, remittetur  
illi, si cui tenueritis, tenebuntur, ta-  
men ut vnitatem manifestaret, vnitatis  
eiusdem originem ab vno incipientem  
sua autoritate disposuit. Hoc erant uti-  
q; & cæteri Apostoli quod fuit Petrus,  
pari consortio præditi & honoris & po-  
testatis, sed exordium ab vnitatem profi-  
ciscitur, ut Ecclesia vna monstretur.  
Quam vnam Ecclesiam etiam in Canti-  
co Canticorum spiritus sanctus ex per- **Cant. 6**  
sona dñi designat & dicit: Vna est colu-  
ba

IOANN. SLOT. GEF.

Vnitatem  
Ecclesiæ  
qui non  
tener, fidē  
non tenet

Ephes 4

Cyp, lib, 3  
epist. 10.

ba mea, pefecta mea, vna est matri suæ, electa genitrici suæ. Hanc Ecclesiæ vnitatem qui non tenet, tenere se fidē credit? Qui Ecclesiæ renititur & resistit, in ecclesia se esse confidit? quando & beatus Paulus Apostolus hoc doceat, & sacramentum vnitatis ostendat dicens: Vnum corpus &c. Hanc vnitatem firmiter tenere & vindicare debemus maxime episcopi &c. Vnde iterum alibi scribit dicens: Hoc vel maxime & laboramus & laborare debemus, vt vnitatem à domino & per Apostolos nobis successoribus traditam, quantum possumus obtinere curemus, & quod in nobis est, palabundas & errantes oues, quas quorundam peruicax factio, & hæretica tentatio à matre secernit, in Ecclesiam colligamus, illis solis foris remanentibus, qui in obstinatione sua vel furore perseuerarunt, & ad nos redire noluerunt, discretionis & separationis à se factæ, & Ecclesiæ derelictæ, ipsi ratione domino reddituri. Et, S. Leo epist. 84. Nō poterit (inquit) veritatis nostræ vera esse compago, nisi nos ad inseparabilem

D  
lem  
strin  
xio  
tem  
cord

C  
roris  
rum  
esse,  
neat  
los,  
præc  
co fi  
qui  
uis  
ac g  
in or  
decl  
um  
tum  
iuris  
cta e  
ius à  
sic ac

lem soliditatem, vinculum charitatis adstrinxerit. &c. Et iterum: Hæc conuexio totius quidem corporis vnanimitatem requirit, sed præcipuè exigit concordiam sacerdotum.

## CPVT X.

**C**Aeterum ne verba quædam D. Cypriani iam citata cuiquam erroris occasionem præbeant, ista nimirum quibus asserit episcopatum vnum esse, cuius à singulis in solidum pars tenetur, & hoc fuisse cæteros Apostolos, quod fuit Petrus, pari consortio præditos, & honoris & potestatis, idcirco sic accipièda sunt, vt intelligatur loqui de vnitæte episcopatus, quæ quamuis numero multi gerant, ordine tamè ac genere vel gradu dignitatis, par fit in omnibus, quemadmodum exemplis declarat. Non tamen propterea omnium Episcoporum potestas par est, quantum ad vsum clauium, & quantum ad iurisdictionem (quæ discipline coniuncta est) pertinet. Quum autem dicit, Cuius à singulis in solidum pars tenetur, sic accipiendum credimus, vt dicamus quem-

Episcopatus quomodo vnus sit.

Episcoporum non est par potestas.

IO ANN. SLOT. GEF.

quęque episcopū toto sacerdotio fun-  
gi in ecclesia sua, docendo, baptizando,  
ligando, soluendo, offerendo, sed ita,  
vt seruiatur interim disciplinę, quę  
ad pacem & vnitatem conseruandā ne-  
cessaria est omnibus, quę nihil detrahit  
muneri Episcopali, sed officio eius le-  
gem statuēs, functionem potestatis, ad  
vniuersorum vtilitatem moderatur, &  
vt significetur disciplinę (quę discrimē  
facit inter Episcopos, vt alius alio ma-  
ior habeatur) rationem habendam esse,  
sine qua nec stare episcoporū ordo, nec  
vlla vel doctrina in ecclesia, vel religio  
salubris esse potest. Quantum ergo at-  
tinet ad ordinem ac genus dignitatis,  
par atq; vnus episcopatus est, & oēs epi-  
scopi pares sunt. Nam oīs sic æque epi-  
scopi sunt, atque æque multum per im-  
positionem manuum illis collatum est.  
Verū quantum ad disciplinam & iu-  
risdictionem, nō omnes pares sunt, sed  
alius alio maior est. Sic em̄ sup episco-  
pos Archiepiscopi, & super ipsos Patri-  
archę, sup oēs deniq; Papa collocatur.  
Vnde S. Leo papa epist. 84. ad Anastasi-  
um

DI  
um Ep  
vlt. ai  
sit co  
qm̄ &  
simili  
cretio  
esset e  
teris p  
scopo  
magna  
sibi oī  
lis pu  
tres ha  
quida  
solicit  
per qu  
falis e  
vnqu  
go qu  
nō me  
sed ob  
deper  
fariū e  
nam &  
quant  
nē att

DE RETI. FIDE ORTH. 58

um Episcopum Thessalonicensem cap. ult. ait: Sacerdotibus etsi dignitas non fit communis, est tamē ordo generalis, qm̄ & inter beatissimos Apostolos in similitudine honoris, fuit quædam discretio potestatis, & quum omnium par esset electio, vni tamen datum est, vt ceteris præmineret. De qua forma, Episcoporum quoq; est orta distinctio, & magna dispositione prouisum est, ne oēs sibi oīa vendicarent, sed essent in singulis prouincijs singuli, quorum inter fratres haberetur prima sentētia, & rursus quidam, in maiorib⁹ vrbibus cōstituti, sollicitudinem suscipere ampliore, per quos ad vnam Petri sedem vniuersalis ecclesiæ cura conflueret, & nihil vnquam à suo capite disideret. Qui ergo quibusdam scit se esse præpositum, nō molestè ferat, aliquē sibi esse prælatū, sed obedientiam quam exigit, etiā ipse dependat: hactenus ille. Et planè necessarium est, vt quæadmodū ppter disciplinam & vnitatē conseruandā disparitas quantū ad vsum clauium & iurisdictionē attinet, inter episcopos sit, qua alius alio

Episcopū  
distinctio,  
vnde or  
ta sit.

Obedien.  
tia inferio  
rum erga  
superiores  
est neces  
saria,

IOANN. SLO. GEF.

alio maior est: ita etiam (ne hæc disciplina labefactetur, aut vnitas rumpatur) necessaria est inferiorum erga superiores obedientia, vt vel populus sacerdotibus, sacerdotes Episcopis, Episcopi Metropolitanis, Metropolitanis patriarchæ verò vna cum omnibus episcopis Archiepiscopis sacerdotibus & vniuerso clero ac populo, imò etiam ipsis regibus ac Cæsare, subesse atq; obedire tenentur Romano pontifici tanquam Christi vicario, Ille autem Christo. Hęc ita debere fieri, sanctissimus martyr & pontifex Ignatius epist. i. ad Trallianos docet inquit: Episcopo subiecti esto te sicut domino, Necessarium est vos nihil præter Episcopum facere, neq; aliquid agere. Sed & presbiteris subditi estote, sicut Apostolis Iesu Christi. Oportet etiã & diaconis, qui sunt in ministerium Iesu Christi, omni modo placere, non enim cibo & potu sunt ministri, sed ministerij ecclesiæ Dei. Oportet ergo præcepta eorum obseruare, sicut ignem ardẽtem, ipsi verò sint tales. Vos autem reuereamini eos tamquam domi-

Romano  
pontifici  
omnes obe  
dire tenen  
tur,

DE  
domi  
custo  
forma  
rò sic  
postol  
clesia  
storu  
rum:  
vestru  
vobis  
enim i  
dus est  
vestro  
tare co  
est, & p  
agens.  
consci  
epist.  
(inqu  
stro, &  
bile est  
istum  
inuisib  
potest  
non ab  
tionem



DE RETI. FIDE ORT. 59

dominum Iesum Christum, quoniam  
custodes sunt loci eius, sicut episcopus  
forma est patris omnium, presbyteri ve-  
rò sicut confessus Dei, & coniunctio A,  
postolorum Christi. Sine ipsis enim ec-  
clesia electa non est, neq; collectio san-  
ctorum, neq; congregatio sancta. Et ite-  
rum: Veneremini (inquit) episcopum  
vestrum sicut Christum, secundum quod  
vobis beati Apostoli præceperunt. Qui  
enim intra altare est constitutus, mun-  
dus est. Propter quod obidite episcopo  
vestro & presbiteris. Qui verò extra al-  
tare constitutus est, extra episcopum  
est, & presbyteros & diaconos aliquid  
agens. Qui autè talis fuerit pollutus est  
conscientia, & est deterior infideli. Et  
epist. 2. ad Magnesianos: Dignum est,  
(inquit) & vos obedire episcopo ve-  
stro, & in nullo ei contradicere. Terri-  
bile est enim tali contradicere. Non enim  
istum visibilem quis spernit, sed illum  
inuisibilem in eo contemnit, qui non  
potest à quoquam contemni. Hic enim  
non ab homine, sed à deo habet promo-  
tionem. Quod cum exemplis scripturæ

I pro-

IOANN. SLOT. GEF.

probasset, subiecit: Nemo in ultus remā-  
 fit, qui se contra potiores extulit, quod  
 etiā exemplis scripturæ commonstrat,  
 & tandem infert, dicens: Omnes in con-  
 cordia inuicē diligamus, & secundum  
 carnem nemo consideret præpositum  
 suum, sed secundum Christum Iesum.  
 Nihil sit in vobis, quod vos possit sepa-  
 rare, sed adunamini episcopo, subiecti  
 per ipsum Deo in Christo. Sicuti ergo  
 dominus sine patre nihil facit (non enim  
 possum (inquit) à meipso facere quic-  
 quam) sic etiam & vos sine Episcopo, si-  
 ue presbyteri, siue diaconi, siue laicus.  
 Non ergo aliquid rationabile vobis vi-  
 deatur, extra ipsius sententiam, tale enim  
 iniquum est, & ideo odiosum. Et epi-  
 stola. 3. ad Tarsenses: Presbyteri subdi-  
 ti estote episcopo, diaconi presbyteris,  
 populus diaconis, pro animabus hanc  
 ordinationem custodientibus. Et epist.  
 5. ad Philadelphieses, ait: Principes sub-  
 diti estote Cæsari, milites principibus,  
 diaconi presbyteris, vt sacrorum admi-  
 nistratoribus, presbyteri verò & diaco-  
 ni atq; omnis clerus simul cum omni  
 popu-

Inobedien-  
 tia erga  
 præposi-  
 tos non  
 manet in-  
 ulta.

DE  
 populo  
 sed &  
 scopus  
 stus, &  
 epist. 6  
 episcopo  
 sus patre  
 los, dia  
 manda  
 ter Epi  
 ad ecco  
 prianu  
 putent  
 stare ra  
 bus ob  
 terone  
 mo qu  
 obaud  
 cunqu  
 homo  
 rit, tir  
 nunc. I  
 suis no  
 ad tem  
 & tunc  
 quand

populo, & militibus atq; principibus, sed & Cæsare, obediant Episcopo, Episcopus verò Christo, sicut patri Christus, & ita vnitas per omnia seruetur. Et epist. 6. ad Smyrnenfes: Omnes (inquit) episcopum sequimini, sicut Christus Iesus patrem, presbyteros sicut Apostolos, diaconos autem veneramini, sicut mandato Dei ministrantes. Nemo præter Episcopum aliquid agat eorum, quæ ad ecclesiam pertinent. hæc ille. Et Cyrianus li. 1. epist. 11. ad Pomponiũ: Nec putent (inquit) sibi vitæ, aut salutis consistare rationẽ, si Episcopis & sacerdotibus obtẽperare noluerint, cum in Deuteronomio dominus deus dicat, Et homo quicumq; fecerit in superbia, vt nõ obaudiat sacerdotem, aut iudicem, quicumque fuerit in diebus illis, morietur homo ille, & omnis populus cum audierit, timebit, & non aget impiè, etiam nunc. Interfici Deus iussit, sacerdotibus suis non obtemperantes, iudicibus à se ad tempus constitutis non obedientes, & tunc quidem gladio occidebantur, quando adhuc & circuncisio carnalis

Ecclesiasti  
ca nego-  
tia, nemo  
debet sine  
Episcopo  
tractare.

Deut. 17

IOANN. SLOT. GEF.

manebat, nunc autem & quia circumcisi-  
sio spiritualis esse ad fideles seruos Dei  
coepit, spiritali gladio superbi & con-  
tumaces, necantur, dū de ecclesia eijci-  
untur. Neq; enim viuere foris possunt,  
cum domus Dei vna sit, & nemini salus  
esse nisi in ecclesia possit, indisciplina-  
tos autem perire, dum nō audiunt, nec  
obtemperant consilijs salubribus, testa-  
tur diuina scriptura, quæ dicit: Non di-  
ligit indisciplinatus castigantē se. Qui  
autē oderunt correptiones confumen-  
tur turpiter. hęc ille. Porro vt eorū quo-  
rum interest subesse, tanto promptior  
sit obedientia, debent quoq; etiam ipsi  
præpositi audire sanctissimum papam  
Leonem ex domini sententia admonen-  
tem in epist. 84. c vlt. Qui scit se quibus  
dam esse præpositum, sicut nō vult gra-  
uis oneris sarcinam ferre, ita non aude-  
at alij importabile pondus imponere.  
Discipuli enim sumus humilis & mitis  
magistri dicentis: Discite à me, quia mi-  
tis sum & humilis corde, & inuenietis  
requiem animabus vestris. Iugum enim  
meum suaue est, & onus meum leue.

Prælato-  
rum offici-  
um.

Matt 23  
Matt. 23

Quod

DI  
Quod  
Iud in  
domin  
minist  
miliab

C  
dientia  
hoc vn  
sed sch  
riuntur  
D. Cy  
um: No  
obort  
inde q  
ratur.  
sacerd  
sti cog  
ria diu  
niuers  
collegi  
post di  
fragiu  
sum, iu  
Dei fa

DE RETI. FIDE ORTH. 61

Quod quomodo experiemur, nisi & illud in obseruantiam veniat, quod idem dominus ait: Qui maior est vestrū, erit minister vester, Qui autē se exaltat, humiliabitur, & q se humiliat, exaltabitur

Matt. 20  
Matt 10  
Luc. 22  
Luce. 14

CAPVT XI.

**C**Aeterū quando hæc modestia & moderatio prælatorum, & obedientia subditorum non seruatur, tunc

Hæreses & schismata Vnde oriuntur.

hoc vnionis vinculum non custoditur, sed schismata & hæreses plerumque oriuntur. Hoc etenim abundè testatur D. Cyprianus lib. 1. epist. 3. ad Cornelium: Neq; enim (inquit) aliunde hæreses obortæ sunt, aut nata schismata, quam inde quod sacerdoti Dei non obtemperatur. Nec vnus in Ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tempus iudex vice Christi cogitatur, cui si secundum magistræ diuina obtemperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersum sacerdotum collegium quicquam moueret, nemo post diuinum iudiciū, post populi suffragium, post coepiscoporum consensum, iudicem se non iam Episcopi, sed Dei faceret. Nemo dissidio vnitatis

Episcopum iudicantem Dei, se iudicem constituit

I 3 Chri-

IOANN. SLOT. GEF.

Christi ecclesiam scindet, nemo sibi placens ac tumens, seorsum foris nouam hæresim conderet, nisi si ita est aliquis sacrilegæ temeritatis ac perditæ mētis, vt putet sine Dei iudicio fieri sacerdotem, cum dñs in euangelio suo dicat: Nõne duo passeret asse uenēūt, & neuter eorum cadit in terram, sine patris vestri voluntate? Cum ille nec minima fieri, sine voluntate Dei dicat, existimat aliquis summa & magna, aut non sciente, aut non permittente deo in Ecclesia Dei fieri, & sacerdotes, id est, dispēsatores eius, non de eius sentētia ordinari?

**Episcopus absque Dei iudicio nõ fit.**  
*Matt. 10*

**Dei nutu cuncta reguntur.**

**Episcopi qui extra Ecclesiam fiunt, non Dei nutu fiunt.**

Hoc est fidem nõ habere, qua uiuimus, hoc est Deo honorem non dare, cuius nutu & arbitrio regi & gubernari oĩa scimus & credimus. Planè Episcopi nõ de voluntate Dei fiunt, qui extra Ecclesiam fiunt, sed contra dispositionem & traditionem Euangelij fiunt, &c. Et li. 3. epist. 9. ad Rogatianum, vbi postquã docuisset, Episcopis obedientiam esse præstandam, & diaconum quendã (qui contumelijs & iniurijs Rogatianum Episcopum exacerbauerat) audaciæ suæ pœnitent-

pœnitentiam agere debere edixisset, ut honorem sacerdotij agnosceret, & Episcopo præposito suo plena humilitate satisfaceret, voluit. Hæc (inquit) sunt initia hæreticorum, & ortus atq; conatus schismaticorum malè cogitantium, ut sibi placeant, ut præpositum superbo tumore contemnant. Sic de Ecclesia receditur, sic altare prophanum foris collocatur, sic contra pacem Christi & ordinationem atq; vnitatem Dei rebellatur. Et li. 4. epist. 9. ad Florentium Pupianum: Vnde enim (inquit) schismata & hæreses obortæ sunt & oriuntur, nisi dum Episcopus qui vnus est, & Ecclesiæ præest, superba quorundam præsumptione contemnitur, & homodignatione Dei honoratus, ab indignis hominibus iudicatur. Quis enim hic est superbiæ tumor, quæ arrogantia animi, quæ mentis inflatio, ad cognitionem suam præpositos ac sacerdotes

vocare? In qua etiam episto-

la ostēdit sacerdotes in

Ecclesia, Dei nu-

tu fieri.

I 4 Liber